



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conferentiæ Theologico Morales**


Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Elisaeus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**


**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**



Th. 2267.

G. II

29



(vgl. 2211.)

D  
S  
C  
U  
I  
P  
E

*Collegii S. Iohannis Jesu Paderbornae 1725*

CONFERENCE  
THEOLOGICO  
MORALES.

EX

MATERIA SEPTEM  
SACRAMENTORUM AT-  
QUE JUSTITIÆ DE RESTITU-  
TIONE EXCERPTÆ.

*Compendiosè propositæ ac bre-  
viter resolutæ*

Ad

Usum Directorum Con-  
ferentiarum Hebdomadali-  
um in plerisque Religiosis Domibus  
Usurpatarum:

DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorumque omnium

à

P.F. ELISEO SARGAR, Loco-Politano,  
Almæ Provinciæ Argentinæ FF. Min. Recoll.  
SS. Theol. Lectore Jubilato.

*Editio Sexta.*

Augustæ Vindelicorum,  
Expensis Joannis Strötter Bibliopolæ. 1720.

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header, in a cursive script.

CELSISSIMO ac REVE-  
RENDISSIMO

S. R. I.

PRINCIPI  
DUCALISECCLESIAE  
CAMPID.  
ABBATI,

AC

AUGMÆ IMPERA-  
CIS ARCHIMARE-  
SCALLO DICO.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 20.  
A. B. C. D. E. F. G. H. I. L. M.


30. 40. 50. 60. 70. 80. 90. 100.  
N. O. P. Q. R. S. T. U.


200. 300. 400.  
X. Y. Z.



|   |     |   |     |   |     |
|---|-----|---|-----|---|-----|
| C | 3   | P | 50  | T | 90  |
| E | 5   | I | 9   | I | 9   |
| L | 10  |   | 230 |   | 105 |
| M | 20  | D | 4   |   |     |
| O | 40  | U | 100 | A | 1   |
|   | 78  | C | 3   | C | 3   |
| A | 1   | A | 1   |   | 4   |
| C | 3   |   | 108 |   |     |
|   | 4   | E | 5   | A | 1   |
| R | 70  | C | 3   | U | 100 |
| M | 20  | C | 3   | G | 7   |
| O | 40  | L | 10  | M | 20  |
|   | 130 | Æ | 6   | Æ | 6   |
| S | 80  |   | 27  |   | 134 |
| R | 70  | C | 3   |   |     |
| I | 9   | A | 1   | I | 9   |
|   | 159 | M | 20  | M | 20  |
| P | 50  | P | 50  | P | 50  |
| R | 70  | I | 9   | E | 5   |
| I | 9   | D | 4   | R | 70  |
| N | 30  |   | 87  | A | 1   |
| C | 3   | A | 1   | C | 3   |
| I | 9   | B | 2   | I | 9   |
|   |     | B | 2   | S | 80  |
|   |     | A | 1   |   | 247 |

|        |     |   |     |   |       |
|--------|-----|---|-----|---|-------|
| A      | 1   | S | 80  | D | 4     |
| R      | 70  | C | 3   | I | 9     |
| C      | 3   | A | 1   | C | 3     |
| H      | 8   | L | 10  | O | 40    |
| I      | 9   | L | 10  |   |       |
| M      | 20  | O | 40  |   | 56    |
| A      | 1   |   |     |   |       |
| R      | 70  |   | 33  | I |       |
| E      | 5   |   |     |   |       |
| Summa. |     |   | 108 |   | 247   |
|        | 78  |   | 27  |   | 331   |
|        | 4   |   | 87  |   | 56    |
|        | 130 |   | 105 |   | 1700. |
|        | 159 |   | 4   |   |       |
|        | 230 |   | 134 |   |       |





## DEDICATIO.

**D**Ico ( inquam ) Dedico at-  
que humillimè consecro  
hasce Conferentias meas  
Theologico - morales ,  
*CELSITUDINI VEST-*  
*RÆ REVERENDISSIMÆ ac GRATIO-*  
*SISSIMÆ:* At cur eum tanto Numero-  
rum numero ? fortè ut optem vestram  
tot annis vitam felicem prolongari ? non  
erraret, qui hoc putaret : aut quia fors  
cum Pythagoricis Cabalisticis mihi per-  
suadeo, in numeris omnes ( bonæ, ma-  
læve fortunæ ) eventus contineri ? ajunt  
namq; si v. g. scire desideras Nati alicu-  
jus Dominatricem stellam, computa no-

## DEDICATIO.

men ejus & utriusque Parentis, per singulas litteras juxta numeros præscriptos; collectamque totius summam divide per novenarium, subtrahendo eum quoties potueris; & si remanserit unitas aut quaternarius, uterque *Solem* indicat; si verò binarius aut septenarius, uterque *Lunam* designat: sicuti ternarius *Jovem*: Quinarius *Mercurium*: Senarius *Venerem*: Octonarius *Saturnum*. Novenarius *Martem*. At quis has ineptias credat? Non certè intendo stulta Arabum deliramenta ac magica amuleta ad infallibiles, & superstitiosos numerorum effectus investigare; & quasi aliquid humanis rebus sublimius sub ipsis recondatur, comprobare; quæ sunt Magicæ artis prima Rudimenta turpis Characterolatria, nefandaque Ægyptiorum Dæmonolatria. Quid ergo mihi tandem cum tot numeris: multum sanè per omnem modum; An non enim Sac. Script. testatur, Deum omnia in Numero, Pondere & Mensura creasse? an non in Apocalypsi S. Joan. 13. de Antichristo dicitur: Et erit Numerus

## DEDICATIO.

merus Bestiæ sexcenta sexaginta sex? an non omnibus constat, SS. PP. ita oblectatos fuisse mysticâ numerorum ratione, ut ubicunque occasio sese obtulerit, veluti præpinguia pascua adepti, ut ijs quàm citissimè interpretandis ingenia sua maximè exercuisse visi sint? neque mirum id cuiquam videri debet: cum enim Numerorum vis & natura nulli non argumento se immisceat, nullum dubium esse debet, quin sub ijs lateat, nescio quid Divinæ naturæ proximum, & intellectuâli ita à natura insitum, ut si Numerum ab ea sustuleris, naturam destruxisse videaris.

Enimvero Cœlum; Terra, Elementa & quidquid tandem in Angelico, humano, sydereo & elementari mundo concinnum & harmonicum est, id totum Numerorum rationibus, sub multiplici sensuum analogia, subijcitur. Quis nescit, Christum Redemptorem nostrum plerâsq; suas Parabolas sub mysticis numerorum allegoriis adornâsse, ut sensatis essent lumen veritatis; insen-

## DEDICATIO.

fatis autem cæcitatibus caligo? Cùm igitur in præfenti Conferentiarum opusculo præcipuè conferatur de quotidianis eventibus ex materia septem Sacramentorum novæ legis emergi solitis, utpote septenario Numero Sacramentorum, adumbrato vel in prima sex dierum rerum omnium creatione, & Sabbato seu septimæ requietione, adumbrato in septem Spiritibus, qui in conspectu Dei perpetuò divinas contemplantur Ideas, quorum præsidio septem planetarum sidera ad universi bonum reguntur, gubernanturque: adumbrato in septem stellis firmamenti in septem Metallorum specibus, subterraneis: in septem Microcosmi exterioris membri principalibus (puta capite, cervice, pectore, manibus, ventre, inguine, pedibusque) in septem itidem interioris vasis vitæ (cerebro, corde, stomacho, liene, jecore, pulmone & renibus) præfigurato denique per septem dona Spiritus sancti, qui per septem misericordiæ opera influit in animas, quæ corroboratæ in consortium  
DEI

## DEDICATIO.

DEI admissæ, eò, unde fluxerunt, re-  
vertuntur. Quidni ergo *CELSITU-  
DINI VESTRÆ REVERENDIS-  
SIMÆ & GRATIOSISSIMÆ*  
dicandæ ac consecrandæ fuerint Con-  
ferentiæ isthæc Theologico - morales,  
ex materia de septem Sacramentis ex-  
cerptæ atque compilatæ per numeros?  
quippe cui dignè & jure merito con-  
creditum est, feliciterque gubernan-  
dum Ducale ac Perillustre Archiste-  
rium Campidunense, in quo copiosè  
administrantur septem Ecclesiæ Sacra-  
menta, tum intra, tum extra per inte-  
gerrimum Principatum. Et vel ety-  
môn ipsum *Conferentia* me ad id com-  
movere debuit: quid enim aliud est  
*Conferentia*, quàm Confer Entia? En-  
tia autem constat esse bona tempora-  
lia, quibus *CELSITUDO VESTRÆ  
REVERENDISSIMÆ* per innatam  
sibi sapientissimam Providentiam auget  
Ducatum suum & Principatum Campi-  
dunensem; ut proinde vel ex hoc ipso  
merito Ei debeantur *Conferentia* isthæ  
Theo-



## DEDICATIO.

Theologico - morales ; tum etiam & vel maximè proptet rem significatam : significat enim *Conferentia* Concilium prudens Doctiorum ; inter quos *Celsitudo Vestra Reverendissima & Illustrissima* meritò Præsidis locum obtinet ; utpote & sacrosanctæ Theologiæ , & juris utriusque scientiâ apprimè imbuta , ut nemo cum ea conferre audeat , nisi vinci velit ; adeò ut truncato capite *Conferentiæ* , quod est *Confer* , ejusque loco posito *sci* , infallibiliter sequantur *Scientiæ* ; & quid dicam *Scientiæ* ? imò & *Conscientiæ* , si *Confer* commutetur in *Consci* : tunc enim profectò non tantùm *Scientiæ* sunt **CELSITUDINI VESTRÆ GRATIOSISSIMÆ** , eaque insignes ; Verùm etiam *Conscientiæ* tum propriæ , tum alienæ cura indefessa. Quidni igitur præ aliis **CELSITUDINI VESTRÆ REVERENDISSIMÆ** terque quaterque , hoc est septies , obligatæ sint meæ *Conferentiæ* ? Quippe Cui & Nomen , & Omen ante cæteros correspondet ; & five spectantur

## DEDICATIO.

& tur ut jacent; sive permutentur parum-  
um: per, ita ut *Conferentia* convertatur in  
um *Entia*, *scientia* & *conscientia*, per om-  
itu- nia **CELSITUDINIS VESTRÆ** de-  
ima prehendantur esse, & sunt isthæ  
oo- **Theologico-morales Conferentiæ.**



FAE



FACULTAS  
A. R. P. Ministri Provincialis.

**E**go F. Demetrius VVidemann, Lector  
Jubilatus, ac p. t. FF. Min. S. Francisci  
Recollect. Provinciae Argent. Minister  
Provincialis, Domino Casparo Roll Typogra-  
pho Campidonensi hisce facultatum concedo,  
ut Conferentias Theologico Morales à R. P. Eli-  
seo Sargar, ejusdem Provinciae Lectore Jubila-  
to conscriptas, ac per duos Theologos lectas &  
approbatas, prelo in lucem dare possit. In cujus  
fidem has Officii mei sigillo munitas dedi in Con-  
ventu nostro Passaviensi die 25. Sept. 1697.

(L.S.)

F. DEMETRIUS  
qui supra.



# CONFERENTIAE

Theologico Morales.

## TITULUS I.

De Sacramentis in genere.

### CONFERENTIA I.

**V**ulgatis est definitio Sacramenti proprie dicti, quam tradit P. Canisius; *Est signum visibile invisibile, gratiae ad hominem sanctificandum divinitus institutum.* Circa quam proinde quaeritur primo, an recte dicatur, *signum visibile*, quia non omnia visu sed aliqua etiam auditu aut tactu percipiuntur. 1.

**RESOLUTIO:** hic *signum visibile* accipitur per synecdochen pro sensu praecipuo, pro eo comprehendit etiam reliquos sensus, ut idem sit *visibile* quod *sensibile* aliquo sensu externo. Ex quo patet ad rationem dubitandi.

### CONFERENTIA II.

**Q**uaeritur secundo, cum per particulas, *invisibilis gratiae*, utique intelligatur gratia sanctificans, seu qualitas illa supernaturalis, qua homo formaliter fit sanctus ac gratus Deo haereticque aeternae beatitudinis, quomodo in definitione Sacramenti comprehenditur SS. 2.



Eu

2 *Conferentia Theologico Morales. Tit. I.*

Eucharistia, quæ in tabernaculo existens nul-  
lam talem gratiam videtur significare.

RESOLUTIO : In Sacramento Eucharis-  
tiæ significatur *gratia subsistens*, sive ipse Chri-  
stus realiter & invisibiliter præsens speciebus  
Eucharisticis, in Ordine ad sanctificandum ho-  
minem digne percipientem tale Sacramentum.  
Neque enim est de essentia Sacramentorum,  
semper actu causare gratiam, sed quod [ quan-  
tum est de se ] semper sit *causativam gratiæ*,  
si debitæ conditiones ac dispositiones adsint.

CONFERENTIA. III.

3. **Q**uæritur tertio : Quomodo ergo Sacra-  
mentum dicitur signum practicum, & ex  
opere operato causare gratiam, si eam non in-  
fallibiliter ipso sui usu efficiat ?

RESOLUTIO : Sacramenta N. L. nihil-  
ominus dici esse *Signa practica gratiæ*, quia,  
quantum est de se, semper ipso suo usu eam  
conferunt, dummodo ex parte subiecti ijs uten-  
tis non inveniatur obex, aut indispositio ali-  
qua non compatiens secum gratiam, quæ est  
signo practico omnino per accidens. Et di-  
cuntur causare gratiam *ex opere operato*, dum  
eam non causant vi dispositionis subiecti reci-  
pientis, sed vi Sacramentorum debite recepto-  
rum.

CONFERENTIA. IV.

4. **Q**uæritur quarto : An inter Sacramenta  
N. L.

N. L. reputari. possint ac debeant Iohannes pedum Discipulorum, qua dispositi etiam intus mundabantur per gratiam, item insufflatio Christi in Apostolos, per quam Spiritum S. illis dedit, item verba Christi ad Magdalenam & paralyticum, Remittuntur tibi peccata tua, item linguæ in Pentecoste super Apostolos apparentes, ac significantes dona gratiarum illis collata?

**RESOLUTIO:** Licet hæc omnia ex voluntate & beneplacito divino significabant etiam practice gratiam, non tamen ex institutione stabili ac duratura, sed ex mera extraordinaria usurpatione divina: & ideo additum est in definitione Sacramenti *Canonij ly institutum.*

### CONFIDENTIA. V.

**C**irca septenarium numerum Sacramentorum N. L. omnino conveniunt omnes Catholici contra heterodoxos, ex quibus Lutherus sibi ipsi non constat, dum modò unum tantum modò duo, modò tria, aliquando etiam septem admittit: quid ergo?

5.

**RESOLUTIO:** Probabile admodum est, apud Lutheranos & Calvinistas nullum planè dari Sacramentum. Ita P. Joan. Kwiatkiewicz S. J. Theol. in suo fascio detecto, Decept. 6. Et probatur evidentior: nam in primis quoad Confirmationem, extremam unctionem ac Matrimonium, ipsimet concedunt, de Baptismo ait Luther in lib. de Captivitate Babyl.

#### 4. Conferentia Theolico-Morales. Tit. I.

omnium esse illam formam, Ego te baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritus S. cum sufficiat baptizare in nomine Domini: cum ergo hæc forma revera non sufficiat, utpote contraria illi, quam Christus expressit Matth. 28. Baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, Baptismus Lutheri Sacramentum esse non potest. Deinde in Sacramento Pœnitentiæ mutant essentialiter materiam & formam; dum non requirunt Confessionem peccatorum dolorosam, & sufficere docent formam, annuntio tibi dimitti peccata; cum tamen Christus dederit potestatem remittendi peccata: idque non pueris aut fœminis, sed solis Sacerdotibus; nec Pœnitentia eorum est Sacramentum. Ulterius quia Lutherani & Calvinistæ veros Sacerdotes non habent, non habentes Episcopos à quibus ordinentur: quomodo ergo possunt valide consecrare panem, ac conficere Sacramentum Eucharistiæ? aut absolvere Pœnitentem, ergo iterum carent Sacramentis Eucharistiæ & Pœnitentiæ, denique universaliter docent, verba in Sacramentis non debere esse consecratoria, cum intentione conficiendi Sacramentum, sed sufficere concionatoria: igitur nullum omnino Sacramentum conficiunt.

At cur ergo Ecclesia Catholica non rebaptizat A catholicos conversos ad fidem orthodoxam? R. quia supponit eos fuisse baptizatos forma à Christo præscripta, ac cum debita in-

rentione: quod si enim illi constaret, aliquem fuisse baptizatum in forma Lutheri, in nomine Domini, utique eum denuo baptizaret.

CONFIDENTIA. VI. 6.

Communis est quaestio Theologorum in hac materia, an Sacramenta semel valide suscepta, at sine fructu propter obicem, causent gratiam sublato obice, vel alijs verbis, an Sacramenta informia ratione obicis, fiant formata quando obex tollitur, aut demique, an Sacramenta mortificata per obicem, reviviscant eo ablato.

Responder Patricius noster Theol. sacram. p. 1. n. 33. sibi verisimillimum videri, praeter Baptismum, nullum aliud Sacramentum gaudere privilegio reviviscantiae, ut scilicet recedente obice, restauretur gratia sanctificans. Nihilominus cum communis aliorum sit. 7.

RESOLUTIO: Saltem aliqua, si non omnia, fide sed valide & infructuose suscepta, causant gratiam sanctificantem tunc quando fictio tollitur. Probatum ex communi praxi Ecclesiae, quae haereticos semel rite baptizatos recipit ad Ecclesiam per manuum impositionem: atqui Haereticus (puta adultus) fide accepit baptismum, & absque gratia baptismali salvari non potest, ergo supponit talem accipere gratiam baptismalem sublata fictione sive haeresi. Ratio autem, quare baptismum id conceditur est, quia est initerabilis: quod si  
A 3 enim



6 Conferentia Theologico-Morales Tit. 2.

enim semel vel de susceptus, tamen sicte nullum amplius haberet efficaciam respectu gratiæ etiam cum fictio tollitur ] talis homo volens nolens careret necessario medio salutis, cum baptizari amplius non posset, nec consequenter gratiam baptismalem consequi.

9. Dixi autem primo, *Aliqua*: quia enim ideo conceditur Baptismo hæc efficaciam, quia est initerabilis. etiam Confirmationi & Ordini neganda non est. Similiter Extrema Unctio licet simpliciter initerabilis non sit, in eadem tamen infirmitate sæpius adhiberi nequit: Et Matrimonium vivente coniuge iterari non potest: ergo videtur idem dicendum de his etiam Sacramentis.

10. Dixi secundo, *Si non omnia*: quia de Pœnitentia & Eucharistia major est difficultas, tum quia quotidie iterabiles sunt, & similis effectus facile per aliam Confessionem ac Communionem haberi potest, tum quia de Eucharistia apostolus dicit, *qui indigne manducat iudicium sibi manducat non gratiam*, & de Pœnitentia videtur eam non posse simul esse informem & validam: siquidem omnis obex ac fictio oblitens gratiæ ac fructui Sacramenti, videtur non minus oblitere valori eiusdem: ceterum si cum peccato mortali suscipitur de quo non doletur, deest pars necessario requisita ad hoc Sacramentum, utpote *confessio dolorosa* ideoque Sacramentum non erit.

At quid si quis accederet ad Sacramentum Pœnitentiæ cum duobus peccatis mortalibus, quorum unum invincibiliter & inculpabiliter oblivioni tradidit, atque adeo unum tantum confiteretur cum attritione habita super illud? tunc enim peccatum aliud esset fictio duntaxat materialis, & peccatum confessum cum dolore sufficiens materia absolutionis, ideoque absolutio sacramentalis: & quia inuper unum peccatum absque alio delati nequit, utique neutrum deleretur, adeoque tunc esset Confessio invalida & informis. & si dolor ille specialis de peccato noto se non extendat ad oblitum saltem implicite, confessionem fore invalidam quod si vero se ad illud extendat, utpote generalis, fore validam & formatam, & sic non dabitur Sacramentum Pœnitentiæ validum & informe.

CONFERENTIA VII.

SCOT. 4 Di. 1. q. 6. n. 13. docet, una gratia existente in anima Sacramenta diversa habere effectus diversos ab eadem gratia provenientes: quomodo ergo cum veritate fiat communis aliorum Doctorum, singula Sacramenta conferre gratiam diversam? & Doctorem subtilem loqui de gratia Sacramentali inadæquate, quæ est eadem in diversis Sacramentis; non autem de gratia Sacramentali adæquate quæ in singulis inadæquate diversa est. Est enim gratia Sanctificans solum inadæquate Sacramentalis,

8 *Conferentia Theologico Morales. Tit. I.*

quæ proinde in effectus completur per gratiam  
actuales in singulis Sacramentis diversam,  
atque ita idem docet Scotus, quod Communis

CONFERENTIA, VIII.

13. **Q**uia *Sacramenta Vivorum*, dicuntur ea, quæ  
causant secundam gratiam seu augmentum  
gratiæ, *Sacramenta mortuorum*, quæ primam  
gratiam, seu remissionem peccatorum cau-  
sant, quaeritur hic, an nunquam oppositum  
contingat, ut scilicet illa causent primam,  
& hæc posteriora secundam? R. *Sacramenta*  
*vivorum* per se & regulariter causant secundam  
gratiam, & *Sacramenta mortuorum* eodem mo-  
do primam, ac per accidens ab utriusque fre-  
quenter fieri oppositum. Ratio est: quia Sa-  
cramenta legitime sine obice suscepta nun-  
quam carent suo effectu, qui est gratia, sed  
contingere potest, quòd Sacramenta mortuo-  
rum administrantur legitime ac valide subjecto  
in gratia existenti (puta Pœnitentia pœnitenti  
contrito) & similiter Sacramenta vivorum  
subjecto in peccato mortali constituto inculpabiliter  
(puta Sacramentum Eucharistiæ ho-  
mini attrito de peccato mortali, qui putat se  
esse contritum, in casu, in quo non datur occa-  
sio confitendi) ergo in utroque casu Sacramentum  
habet suum effectum, in primo quidem Sacra-  
mentum mortuorum, Pœnitentia, augmentum  
gratiæ, & in secundo Sacramentum vivorum,  
Eucharistia, remissionem peccati mortalis, id-  
que non per se, seu ex institutione, sed mere  
per accidens.

Con-

CONFIDENTIA. IX.

**C**onc. Trid. Sess. 6. cap. 7. dicit, iustitiam recipi in ( Sacramentis ), secundum propriam cuiusque dispositionem & cooperationem. Unde quaeritur, an Sacramenta solo numero distincta adultis inaequaliter dispositis conferant inaequalem gratiam, etiam tunc, quando dispositio ex se meritoria non est? **14.**  
**R.** Affirmative et ipsius Concilii verbis, quae non faciunt distinctionem inter dispositionem de se meritoriam & non meritoriam gratiae: igitur juxta utramque dispositionem ( meritoriam & non meritoriam gratiae ) maiorem vel minorem, Sacramenta conferunt gratiam maiorem vel minorem, idque vi Sacramenti & ex opere operato. Et Ratio est, quia Sacramenta agunt ad modum causae naturalis: Haec autem in subiecto magis disposito causat perfectiorem effectum: Igitur.

CONFIDENTIA. X.

**Q**uia moraliter vix possibile est, ut in Sacramentum administratione materia & forma ita sint simul tempore, ut eodem instanti temporis utriusque applicatio simul inchoetur, & simul finiatur, quaeritur quae simultas requiratur & sufficiat. **15**

**R.** Requiritur & sufficere simultatem moralem; ita scilicet ut secundum moralem aestimationem hominum (spectata naturam cuiusque Sacramenti) verba formae materiam afficiant

10 Conferentia Theologico Morales. Tit. I.

ciant, & cum ea unum morale signum constituere censeantur. Unde in Baptismo, Confirmatione, Ordinatione & Extrema Unctione requiritur talis conjunctio formæ cum materiâ, ut, quamvis una alteram modicè præcedat vel sequatur, tamen minister proferens formam, *Ego te baptizo te signo, &c.* adhuc censeatur moraliter abluere, signare, inungere &c. Contrâ verò, si tanta fit desjunctio ut prudenti judicio unum complexum morale non fiat, spectatâ naturâ Sacramenti invalidum erit Sacramentum. Quare si nunc abluas, signes, &c. & post quadrantem vel etiam medium quadrantem horæ proferas, *Ego te baptizo, signo, &c.* forma utique falsa erit, & Sacramentum nullum. Ratio est manifestâ: quia cum Sacramenta sint composita artificialia, non physica sed moralia tantum, oportet de eorum consistentia judicare secundam principia ac judicium prudentium, non verò momenta physica.

Dixi autem in Resp. notanter & per parenthesis *spectatâ naturâ cuiusque Sacramenti*: quia aliud longè est judicium de Sacramento *Penitentia*, quod exercetur per modum iudicii, in quo sententia solet sequi examen, absolutio confessionem: & in *Matrimonio*, quod essentialiter consistit in contractu mutui consensûs sponsi ac sponsæ, quorum alteruter aliquando diu expectari debet, maximè quando fit per Procuratorem.

COI

## CONFIDENTIA.

**D**ictum est sup. Confer. 6. n. 8. aliqua saltem 16.  
 Sacramenta fctè suscepta causare tunc gratiam quando fctio tollitur, adeoque moraliter tantum non physicè; quia Sacramenta tunc non existunt, ac per consequens non possunt habere physicam causalitatem: ideo quæri hîc potest, an Sacramenta, saltem dum existunt, causent, physicè gratiam, an verò solum moraliter?

**R E S O L U T I O;** Sacramenta sunt causa moralis duntaxat gratiæ Sanctificantis. Ita Doct. subtr. 4. D. I. q. 4. Ratio jam tacta est: quia Sacramenta semper causant gratiam, quando amplius non existunt; sed secundum omnes Philosophos causæ physicæ non possunt influere effectum, nisi existant: Igitur &c. Probatur Major: Sacramenta saltem secundum formam verbalem sunt ens successivum, cujus omnes partes implicat simul existere, & efficacia eorum fundatur in tota forma, ita ut nisi ultima syllaba pronuntietur, nihil efficiant de gratia consequenter tunc primò efficiunt gratiam, quando forma perfectè finita & absoluta est, pro tunc autem non existit amplius tota forma, imò nec ultima syllaba: ergo.

# TITVLVS II.

DE

## BAPTISMO ET

*Confirmatione.*

17.

### CONFERENTIA. I.

**I**nnocentius Tertius cap. Non ut. de Bapt. & eius effect. consultus an parvuli essent pro Christianis habendi, quos in articulo mortis constitutos propter aquæ puritiam & absentiam Sacerdotis aliquorum simplicitas in caput & pectus, ac inter scapulas pro Baptismo salivæ conspersione linivit. & dicit illos verum non habere Baptismum ob defectum Verbi & Elementi: quia scilicet nec forma aliqua fuit adhibita, nec materia necessaria juxta illud Salvatoris: *Nisi quis renatus fuerit ex Aqua, &c.* Quæri ergo potest in proposito, quænam Aquæ sufficiant ad valorem Baptismi?

**RESOLUTIO I.** Omnis & sola Aqua naturalis elementaliter fluida est materia sufficiens ac necessaria ad Sacramentum Baptismi. Ita omnes Catholici ex illo Joan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex Aqua & Spiritu sancto;* Ut proinde questio solum sit, quænam censeantur esse

19. Aquæ naturales;

**RESOLUTIO secunda:** Omnes sequæ sunt naturales, & materia sufficiens ad

Ba-

Baptismum secundum omnes, Aquam maris, putei, fontis, lacuum, fluminum, rivulorum: item pluvialis, roris, resoluta ex nive, pruina, grandine, glacie: item thermarum, acidulæ, salinæ: item lixivium percineres fustum, pro dia, quibus carnes vel pisces lavantur, dummodo de aliena substantia non sit tantum permixtura ut spissa aut ad fluendum ineptæ reddantur. Omnia enim hæc, sive calida sive frigida sint, clara aut turbida, vel cujusque coloris existant, in substantia aquæ naturalis rationem habent, nec propter admixtionem alienarum substantiarum speciem veræ aquæ amittunt.

20.

**RESOLUTIO** tertia: Nullus humor specie ab aqua distinctus, ut vinum, lac, sanguis, pituita, urina; Item aquæ artificiales & olea ex herbis, radicibus, lignis aut metallis per expressionem vel distillationem extracta; Item etiam aquæ naturales, ita tamen alterationibus mutatae, ut manifestè alterius speciei factæ esse censeantur, ut cerevisia bene præparata, saliva: Item in quibus propter admixtionem alius humor prævalet, ut vinum parum lymphatum; Item aqua in spongia vel alio corpore raro inclusa, quandiu sic includitur: Item glacies, nix, grando priusquam resolvantur, est materia insufficientis. Ratio est: quia omnia hæc vel aqua vera non sunt, vel aquæ usum præstare nequeunt.

**RESOLUTIO** quarta: Humores, de qui,



21. quibus inter Doctores controvertitur, sint ne vera aqua, sunt materia dubia, non adhibenda, nisi in casu necessitatis & animæ periclitantis, idque nunquam sine conditione. Hujusmodi secundum aliquos sunt aqua ex sale resoluta, aqua vitis, aliarumque arborum, cerevisia leviter decocta, &c. Ex his facile resolvuntur seqq. Conferentia.

## CONFERENTIA II.

22. **N**atus infans periclitatur de vita conservanda, & quia alius liquor non adest, accipit Parens Attramentarium, illudque effundit super ejus corpusculum cum solita forma; Quæritur non immeritò, an denigrato corpusculo fuerit dealbata anima?

R. Cum P. Gob. tr 2. cas. I. n. 32. Attramentum esse aquam nigram (confici enim solet ex aqua & Aloe) ergo sicut Aqua turbida ex Luto expressa est apta materia Baptismi in necessitate ita & Attramentum, nisi fortè ex alio liquore fuerit confectum.

## CONFERENTIA III.

23. **S**cet in 4. dist. q. 2. pro Regula ponit sequentia: Quando possibilitas adest, via tutissima eligenda est, si non adest Possibilitas, via tutissimæ proxima tenenda est, cessante impossibilitate cautè est supplendum id, quod impossibilitas prohibebat; sed quid sibi voluit ista; R. Doctorem velle dicere, in casu necessitatis quamlibet aquam sufficere, puriorem tamen &

Sim.

simpliciore[m] alteri præferendam esse: simili-  
ter benedictam profanæ? ut proinde à peccato  
non excusetur, qui citra necessitatē baptizat  
in aqua turbida, lutosa lixivio vel prodio car-  
nium. Ubi verò aqua limpida, non adest,  
ex luto expressa est meliõr, quàm cerevisia vel  
aqua rosacea, quia de illa est certius esse aquam  
naturalem, quam de his: denique si materiam  
dubiam adhibuisti, utique cum conditione, *si  
hac materia est sufficiens, &c.* debes postea super-  
stite Baptizato, adhibere certam cum condi-  
tione, *si non es Baptizatus, Ego te Baptizo, &c.*

## CONFERENTIA IV.

**I**nfans tinctus la vacro dabbio, pura atramento, 24.  
cerevisia alba, aqua rosacca &c. moritur; est  
ne sepeliendus in loco sacro? R. cum Jacob.  
Marchant, Resol. pastor, tr. 2. cap. 11 n. 2.  
affirmative. Ratio est, quia iure sacræ globæ  
privandus quis non est in dubio.

**P**eres, quid sentiendum de Baptismo pueri 25.  
Judæi, quem refert Gob. statim ab initio hujus  
materia: is enim, dum esset cum aliis pueris  
Christianis in sylva, subito infirmitate correptus  
ad mortem, exoravit alios, ut se baptiza-  
rent, & non habentes aquam, unus eorum ac-  
cepit arenam, fundensque super caput Hebræi  
eum forma solira, & Ecce! in continenti sanus  
tactus alios domum redeuntes præcessit.

R. Baptismum fuisse nullum, adeoque ab-

se-

solutè repetendum: sanaverat tamen puerum  
Christus ob bonam fidem, tum ipse, tum  
aliorum puerorum.

### CONFERENTIA V.

Parvulus domini baptizatus per aquæ aspersio-  
nem, sicuti solent se aspergere Catholici  
aquâ lustrali, dubitatur an sit verè baptizatus,  
& an rebaptizandus sub conditione;

RESOLUTIO: Validum esse Baptisma  
factû per immersionem corporis in aquâ unâ vel  
trinam: per affusionem aquæ supra corpus  
manu vel alio instrumento: Item per aspersio-  
nem: item si quis ponat infantem sub canisibus  
vel stillicidio testi, ut aqua super eum fluat,  
Ratio est: quia omnis talis verè lotus aut tin-  
ctus esse dici potest, nec proinde opus est re-  
petitione sub conditione si aliud non obstat.

### CONFERENTIA VI.

27. Siquis infantem in puteum vel flumen proii-  
ceret cum debita forma & intentione, an is  
esset baptizatus, & in loco sacro recondendus,  
Ratio dubitandi est, quia talis projectio potius  
occisio, quàm ablutio dici meretur. Nihilominus

æ. Cum plurimis RR. talem infantem fore  
vere baptizatum. Ratio est, quia talis im-  
mersio, potest ordinari magis ad abluendum  
quàm occidendum, si nimirum animæ mer-  
gendi aliter succurri nequeat, cum Baptismus  
non referatur ad vitam corporis, sed animæ.

Ni.

Nihilominus, quia opposita sententia Doct. Subr. & veterum T. T. utique admodum probabilis est, si talis parvulus (casu vel per miraculum) salvus evaderet, merito saltem cum conditione rebaptizandus esset.

## CONFIDENTIA, VII.

**I**n c. qui in maternis 115. de Consecr. dist. 4. 23.  
habetur hic canon: Qui in maternis uteris sunt, ideo cum matre baptizari non possunt, quia qui natus secundum Adam non est, renasci secundum Christum non potest, neque enim dici regeneratio in eo poterit, quam generatio non præcessit. Quæritur ergo non abs ratione an infans in utero matris existens valide baptizari possit per tubum, fistulam, vel aliud instrumentum.

¶ Cum Scot. in 4. Dist. 4. q. 3. Si quælibet minima pars infantis abluatur, dummodo constet eam esse animatam anima rationali & aliæ non appareant v. g. digitus pedis, illum esse baptizatum. Ratio est: quia in quolibet minima parte tota anima est: Et revera sicut qui in minimo digito vulneratur, vulnere nuncupamus, cur non etiam, qui in minima parte lotus est, lotus dici possit, imo si nulla pars infantis prominat, dummodo ad cornuculum eius aqua (tepefacta, non frigida) pervenire valeat, baptizandum esse docet P. Ludovicus Scildere in lib. de principiis conscientiæ formandæ tr. 6. cap. 2. n. 9. Nec refert (ait

B

Cob.

Coib. hic tr. 2. cap. 1. lect. 2. ) quod nondum natus sit: quod si enim scinderetur ex utero, baptizandus utique esset, qui tamen natus non esset.

- Deinde si Parvulus in utero capax est contrahendæ maculæ originalis nondum natus quare non similiter capax esse debeat remedij ad eandem abluendam, fateor tamen talem rebaptizandum sub conditione, si integer nascatur quia in similibus, quod securius est tenendum est. Sed quid dicendum ad cit. can. qui videtur esse Responsioni contrarius, dico canonem se ipsum explicare, dum ait, *infantem in matris uteris cum matre baptizari non posse*, ita nimirum, ut Baptismus matri collatus infanti proficit quod utique nemo negat.

#### CONFIDENTIA. VIII.

30. Si nil nisi capilli vel unguis de infante ex utero Matris promineant, an & hic baptizandus? & talem baptizandum sub conditione quia probabilis sententia est, capillos & unguis eadem anima rationali animari, qua animantur partes ceteræ.

#### De Forma Baptismi.

#### CONFIDENTIA. IX.

31. Quidam Sacerdos parum latius, ut refertur in cap. retulerunt 26. de consec. d. 4. solebat baptizando dicere, Ego te Baptizo in nomine Patriæ & Filii & Spiritu sancto, an valide baptizavit.

& Validè

R. Valide: ita enim respondit fertur Zacharias Papa utpote quia per dicta verba adstantes facile intelligebant, verbis illis designari tres personas divinas, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum.

## CONFIDENTIA. X.

Sabaudus germanus germanice baptizavit infantem his verbis: Ich tauff dich in Namen Gott der Vatter / und der Sohn / und der heilige Geist; an verè.

R. Affirmativè ob paritatem rationis cum casu præcedente: est enim is communis modus loquendi Sabaudorum quando germanizant.

## CONFIDENTIA. XI.

Alius baptizavit nomine Patris & sanctæ & veræ Crucis, & spiritus sancti: an bene? R. P. Gob, hic Tr. 2. n. 90, hunc Baptismum D. Bernardi; quia scilicet per sanctam & veram Crucem designari videtur Christus secundam Trinitatis Personam. Mihi sanè videtur negandum, huiusmodi formas esse validas, in quibus non pronuntiantur omnes tres Personæ Trinitatis sub propriis rationibus, prout eas exprimendas docet Concil. Flor. in Decreto unionis, & ipsemet Christus Matth. ultimo: Euntes docete &c. baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.

## CONFIDENTIA. XII.

Obstetrix Itala solebat domi ita baptizare,

B 2

iq

io te baptizo col Patre col Filio, & conlo Spirito  
 santo: id est, Ego te baptizo cum Patre, cum  
 Filio & cum Spiritu sancto, quæritur, an va-  
 lide baptizant, comitolo videtur, quod sic,  
 quia, inquit, Patres & Conolia plus non re-  
 quirunt quam ut in Baptismo invocentur tres  
 personæ divinæ. Verum

35. Respondendum esse videtur, mulierem il-  
 lam invalide baptizasse. Ratio est, quia cum  
 Baptismus sit iactua fidei, debet per ipsius for-  
 mam fidei protestatio significari: fides autem  
 in hoc consistit, quod credamus tres personas  
 æquales in una natura & substantia: quæ uni-  
 tas non exprimitur per particulam *cum*: *Ignur*  
*&c.*

### CONFERENTIA XIII.

36. Jacobus Marchantius in Resol. pastoralibus  
 de Sacram refert, Sacerdotem lingua impedi-  
 tum sic baptizasse, *Ego te baptizo in nomine Pa-  
 tris & Filii & Spiritus sancti. An valide? &c.*  
 cum ipso quod valide. Ratio est: quia tunc  
 exurgit sensus idem, eademque significatio ex  
 huiusmodi verbis in mente audientium, qui  
 soliti erant eum audire, qui nascitur ex forma  
 ordinaria.

### De necessitate Baptismi.

### CONFERENTIA XIV.

37. Catechumenus ante Baptismum actualiter  
 susceptum rapitur ad Martyrium, per mi-  
 raculum

faculum tamen manet superstes: quæritur ergo an teneatur nihilominus postea baptizari, ratio dubitanda est, quia per Martyrium fuit baptizatus Baptismo sanguinis, adeoque justificatus.

**RESOLUTIO :** Catechumenus Martyrio superstes habens opportunitatem accipiendi Baptismum fluminis, tenetur illum adhibere sub peccato mortali. Ratio est: quia unusquisque tenetur ad assumenda media necessaria ad salutem, qui eorum necessitatem novit, habetque occasionem ea adhibendi: sed Baptismus fluminis est medium necessarium ad salutem ex illo Joan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei:* Et Catechumenus id novit, habetque ut supponitur, opportunitatem. Igitur &c.

Dices, Catechumenum jam esse justificatum per Baptismum sanguinis: igitur non indiget amplius Baptismo fluminis. *ꝛ. Dist. antecedens, si habuerit votum Baptismi fluminis, conc. si non, neg. antecedens & conseq. tenetur enim satisfacere voto. Instabis: Infans in odium Christi occisus salvatur, qui tamen non habet votum Baptismi: Igitur & catechumenus per martyrium justificatur absque tali voto. ꝛ. Neg. conseq. & parit. Ratio disparitatis est, quia infans est incapax voto, capax autem Catechumenus, illi itaque sufficit Martyrium sine voto Baptismi fluminis, non item huic. Con-*



## CONFERENCE. XV

89. **A**liqui parentes solent diu differre baptismum parvulorum suorum, an peccent?  
 R. Eos sine dubio peccare graviter, si id faciant absque iusta causa. Ratio est: quia quisque tenetur sibi commissis providere de remedio salutis quamprimum commode potest, praesertim si subiecti sint & expositi periculo mortis: parvuli autem ut plurimum infirmitatibus subiecti sunt, adeoque periculo mortis & aeternae damnationis, igitur &c.

Dixi autem *absque iusta causa*, si enim iusta causa adsit differendi solemne Baptismum, ut fieri consuevit apud Magnates expectantes Compates suos aliunde venturos, eo casu non oportet privatim baptizare infantem (nisi periculum suadeat) & intermissas ceremonias postea adhibere, id namque sola necessitate urgente conceditur; ut proinde melius sit per aliquot septimanas Baptismum differre, quam ceremonias omittere, & statim baptizare. Ita docent V. Baptismus, Angelus & Armilla. Similiter volens baptizari adultus non peccat, si aliquantulum differat baptismum recipere, ut interea possit debite catechizari, nec ille, qui moratur in medio Infidelium aut Judaeorum, inter quos est periculum subversionis post baptismum, nisi praevideatur postea defutura occasio tunc enim magis animae salus, quam periculum reditus ad Infidelitatem curanda est.

CON-

CONFIDENTIA XVI.

40.

Parvulus Christianorum parentum filius est in manifesto periculo vitæ nondum baptizatus; ad sunt Christiani, qui libenter eum mergerent sacro lavacro, ac oðn sine periculo propriæ vitæ, quaritur, an ad id obligentur.

RESOLUTIO est affirmativa, ita apud & cum P. Gobat tr. 2. cas. 7. n. 224. Sylv. Navar. Coninck, Bonacina & alij. Ratio est; quia quisque tenetur vitam propriam prodigere temporalem pro salute proximi in extrema necessitate vitæ spiritualis constituti. Unde S. Joan. Epist. I. c. 3. *in hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam posuit pro nobis, & nos debemus pro Fratribus animas ponere.*

De Ministro Baptismi.

CONFIDENTIA XVII.

Quia cap. si quis per ignorantiam, habetur. *Si quis per ignorantiam, ordinatur antequam baptizetur, debere ab eo Baptizatos iterum baptizari, non immerito dubitatur, an non baptizatus possit valide baptizare, ideo sic.*

41.

RESOLUTIO ex Conc. Flor. in decreto unionis: In casu necessitatis non solum Sacerdos vel Diaconus, sed etiam Laicus vel mulier, imo etiam Paganus & Hæreticus baptizare potest, dummodo formam servet Ecclesie, & facere intendat, quod facit Ecclesie. Ratio & sumitur ex necessitate hujus Sacra-

B 4

menti

menti, quoniam scilicet plerimi perirent ex defectu Ministri, si non quilibet obvius in necessitate esset sufficiens, unde ad cap. *si quis per ignorantiam*. R. Ibi refertur à S. Ildoro errorem aliorum: Quare statim subjungitur, sed Romanus Pontifex non hominem judicat qui baptizat, sed Spiritum Dei subministrare gratiam Baptismi, etiamsi Paganus sit, qui baptizat.

## CONFIDENTIA. V.

42. Quidam Parochus ex odio, quod habet erga Parentes, recusat baptizare infantem, adest autem Diaconus: Quæritur ergo, an is tunc possit solemnem Baptismum conferre; Ratio dubitandi est, quia Diacono id solum licere videtur in absentia Sacerdotis, & ex commissione ordinarij, hic autem adest Sacerdos, & quidem ordinarius, nec dat licentiam Diacono, ut supponitur: Sit itaque

RESOLUTIO, Diaconus in casu proposito potest licite administrare Baptismum solemnem infanti, etiam sine licentia Parochi, si alius Sacerdos non adsit, qui possit & velit baptizare. Ratio est præceptum Charitatis, erga proximum, & quia hanc potestatem accipit ab Ecclesia in ordinatione. Ex quo ad rationem dubitandi. R. Sacerdotem nolentem baptizare haberi pro absente.

CON.

## CONFERENCE, XIX.

**A**bsente Parocho affertur baptizandus infans, qui, nisi statim baptizetur, morietur absque Baptismo, itaque præsens Subdiaconus baptizat ipsum solemniter: an bene; &c. Subdiaconum tunc incurrere irregularitatem decretam *cap. 1. de clerico non ordinato ministrante*, in illos, qui non ordinati ministrant vel baptizant, 43.

## CONFERENCE XX.

**P**uerpera, verita ne proles, quæ jam incipit egredi ex utero, morietur priusquam tota edatur in lucem, dixit adstanti mulieri, asperge aqua partem, quam vides egressam, ego interim proferam verba præscripta: an bene. 44.

**RESOLUTIO:** Speculativè loquendo Baptismus fuit nullus, adeoque absolutè repetendus, si infans totus edatur in lucem. Ratio est clara: quia Forma tunc non fuit vera: puerpera enim, quæ dicebat: Ego te baptizo, non baptizavit, sed altera mulier, quæ asperxit.

Dixi autem, *speculativè loquendo*, quia præctice aliter sentiunt *Caier, Marsilius, Hurtad, & Capeaville apud Gobat. tr. 2. casu 4. n. 146.* qui ait: Si fuit præsentissimum periculum mortis, & altera mulier erat imperita formulæ tanque hebes, ut non potuerit voce sequi præcuntem verba, potuit, imo debuit puerpera

pera sequi sententiam auctoritate probat le m  
 DD. cit. Unde infert Gob. cit. n. 547. hanc  
 sententia in locum habere posse tempore pestis:  
 si enim, inquit, in domum peste infectam ob-  
 feratamque nemo permittatur ingredi. & mu-  
 lier, quæ sola in domo est, penitus ignara &  
 indocilis formæ, poterit Parochus, e. g. in  
 casu extremæ necessitatis per fenestram  
 apertam dicere: Ego te Baptizo in nomine &c.  
 matre interim affundente aquam, ut observat  
 pesti ferorum patronus eximius *Capéville* q. 20.  
*de B. p.* Hæc pro praxi Gon. utique subpo-  
 nens, Parochum loqui in persona baptizantis,

### CONFERENTIA XXI

45. **C**onstitutiænes synodales Diocesis Constan-  
 tiensis part. I. tit. 6. n. 4. statuunt, ut exa-  
 minent diligentissimè Parochi, aut eorum socii  
 obstetrices, vel alios, qui infantem aliquem  
 baptizauerunt, an & quomodo, quibus verbis &  
 formâ quæ materiâ & aquâ & cum quâ inten-  
 tione baptiza verint. Quæritur proinde primò,  
 ad quid obligentur circa hoc parochi & obste-  
 trices? Secundo, an & quando rebaptizandi  
 sint parvuli, ab obstetricibus baptizati; pro quo  
 sit.

46. **RESOLUTIO** prima: Obstetrices ex officio  
 tenentur sub mortali disce e formulam, me-  
 damque baptizandi.

Ratio est: quia ex tacito pacto ad id obli-  
 gantur: non enim admitterentur ad hoc offi-  
 cium

cium  
 Bap  
 calib  
 RE  
 an ob  
 pecc  
 nim  
 ratjs  
 rius  
 hus t  
 sunt  
 R  
 tismo  
 Paro  
 rimis  
 tizen  
 te non  
 bapti  
 cipie  
 form  
 cegr  
 tum  
 bapr  
 aute  
 omi  
 qui  
 tux  
 quib  
 jam  
 dese

cium obeundum, nisi tacite se obligarent ad  
Baptismum ministrandum in tam frequentibus  
casibus necessitatis; unde sequitur

**RESOLUTIO** secunda: Parochus ignorans,  
an obstetrix sit debite instructa in prædictis,  
peccat graviter eam non examinando, cum e-  
nim ea sit quasi vicaria Parochi in casu necessi-  
tatis, quisque autem obligetur scire, an vica-  
rius suus peritus sit Officij sui, igitur & Paroc-  
hus tenetur scire, an obstetrix noverit, quæ  
sunt necessaria ad Baptismum conferendum,

**RESOLUTIO** tertia: In repetendo Bap-  
tismo ab obstetrice collato accomodare se potest 47.

Parochus statutis suæ diocesis, in quarum plu-  
rimis statuitur, ut omnes sic baptizati rebap-  
tizentur cum conditione, *si es Baptizatus, ego  
te non baptizo: si vero non es baptizatus, ego te  
baptizo in nomine, &c.* In aliis autem præ-  
& cipitur Parochis, ut si debitam materiam,  
formam, & Ecclesiæ institutionem adfuisse  
cognoverint, baptismum ab obstetrice colla-  
tum minimè repetant, si probabiliter dubitent,  
baptismum cum conditione conferant. Dixi  
autem accomodare se potest, nec enim debet  
omittere repapuzationem cum conditione,  
qui vel minimum dubium habet de valore Bap-  
tismi collati ab obstetrice, etiam in locis, in  
quibus non solet fieri rebaptizatio, ita enim  
jam passim fert consuetudo propter plurimos  
defectus substantiales quos commi-  
sere

fere obstetrices, vel ob terrorem & trepidationem ex laementis matris caufatos, vel ex vigilia & labore, quibus diutiùs vexantur ac defatigantur, vel etiam ex mero liberaliùs sumptu ad faciendos sibi amicos; quibus omnibus facile ita perturbantur, ut illam unciam iudicii seu prudentiæ, quæ tales mulieres alias polent, propè amittant. *Hæc P. Cob. latius.*

### CONFERENTIA XXII.

48. **U**na aliqua obstetrix ex suggestu cuiusdam Religiosi petit à suo Parocho chrisma baptisma, ut illo ungens puerperam reddat parturitionem expeditiorem; an debeat concedere vel negare?

*Re. Gob. hic tr. 2. n. 190. puto etiam Marchantum negaturum, eò quòd in Conc. Moguntino sub. Carolo M. cap. 17. sic statuatur: Presbyteri sub sigillo custodiant Chrisma & nulli sub pretextu medicinae vel maleficii donare inde presumant; quod si fecerint, honore priventur. Et quis prober profanum illum tactum, tractationem que rei sacrae? Ratio autem esse potest, tum quia Chrisma ad id non est institutum; tum quia à malis ad maleficia adhiberi solet.*

### CONFERENTIA XXIII.

49. **A**ntonius Quantanadvenas *singularium tr. 1. Sing. 4.* narrat de obstetrice, quæ Confessario falsa fuit, se per spatium 20. annor. omnes parvulos periclitantes baptizasse vel sine vel etiam cum contraria intentione: quid agendum tali Confessario?

RE

**RESOLUTIO:** Si in illo loco mos fuerit non rebaptizare cum conditione baptizatos ab obstetrice ( qui vel ob hunc ipsum casum persuadendus esset ) Confessarius debet poenitenti suadere, ut vel seipsam prodat magistratui etiam cum vitæ periculo, quatenus fieri possit possibilis provisio ad baptizandos prius invalidè baptizatos, siqui sint superstites; vel id ipsum fateatur Confessario extra Confessionem; vel certè det licentiam eidem revelandi errorem in Confessione de rectum: & si ipsa poenitens abhorret supplicium promeritum, poterit se interim per fugam ad alias partes transferre.

Ratio horum omnium est *Charitas imperans* vitam exponi periculo propter necessitatem spiritualem proximi extremam; qualem in proposito patiuntur omnes à poenitente in validè baptizati, ut patet.

Peris, quid si aliqui ex dictis invalidè baptizatis essent jam Sacerdotes, vel Episcopi ordinati? *50.* Omnes illos esse reordnandos, eoque, quos tales Episcopi ordinarunt. Ratio est manifesta, quia *Batismus* est janua aliorum Sacramentorum, ita ut nullum validè suscipiatur nisi a baptizato.

#### CONFERENTIA XXIV.

**I**nfans Christianorum Parentum abductus à Turcis, nondum baptizatus, perimendus infallibiliter, corpore & animà, nisi tu capti-  
ve



ve Christiane ipsum baptizes : & si hoc feceris in periculum vitæ tuæ te conicies : quid igitur faciendum ?

ꝛ. Te obligari in conscientia talem periculum baptizare. Ratio est, quia quisque tenetur vitam suam corporalem prodigere pro salute spirituali proximi constituti in extrema necessitate. Ita cum B. Thom. 2. 2. q. 26. a. 5. ad 5. omnes Catholici. Ex illa Joan. Epist. 1. c. 3. *In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam posuit pro nobis. & nos debemus pro fratribus animam ponere.*

#### CONFERENTIA. XXV.

52. **T**empore pestis mulier parturit, nec novam formam Baptismi, nec alius adest, quæ noverit an teneatur Parochus baptizare, probabilissimè timeat, ne contrahat pestem, cum interim sit solus in pagò, & alii plures laborent eodem morbo decessuri absque Sacramento Pœnitentiæ, Parochus moriatur : an teneatur se huiusmodi periculo exponere.

ꝛ. P. Gob. hic tr. 2. n. 233. Ubi periculum majus prævidetur, ubi procul dubio est plenius consulendum pluribus quam uni. atque ita etiam sentit *Ean. tom. 3. disp. 20 n. 62.*

#### CONFERENTIA XXVI.

53. **E**odem placè tempore & momento labitur ex tecto murarius, & nascitur infans, quorum alteruter certo morietur absque Sacramento

Sacramento, si post ponatur alteri: ad quam eundem est Domino Parocho.

¶. Curet infans per Laicum, si quis adsit sciens & potens baptizare, & advolet ad lapsum: si vero non sit, qui possit Baptismum administrare, præferat infanti viro. Ratio prioris responsionis est, quia sic utrique succurritur: posterioris autem, quia ubi difficultas occurrit, accipiendum est illud, quod, habet minus periculi, ait *Doct. Angel. 3. p. q. 83. a. 6. ad 2.* in proposito autem muratio minus periculi est quam infanti, dum ille potest seipsum juvare per contritionem & desiderium confitendi, hic autem minime.

## CONFERENCENTIA XXVII.

Quidam Sacerdos ad omnia tardus. In cunctatione sæpe in causa est, quod infantes absque Baptismo moriantur: Quid talis meretur, & in can. quicumque *dist. 4. de consecr. dici*, deponatur, Et solent seveissime puniri. 54.

## CONFERENCENTIA XXVIII.

Quid faciendum Parocho, qui sub Sacrificio Missæ monetur. infansem recens natum animulam agere, necadesse, qui sciat baptizare. ¶. P. Gob. ubi sup. n. 250. eum deposita casula debere accedere ad sub veniendum periclitanti [etiam post Consecrationem, peractoque illo tam urgente negotio, perficere Sacrificium. 55.

CON.

## CONFERENTIA XXIV.

PAROCHUS vocatus ac puerperam reperit eam defunctam. Prole adhuc vivente in utero, quid faciendum; & Mandet confestim aperiri uterum, & baptizet novam creaturam si fortè vivam repererit; ita Gob. loco cit. n. 260.

57.

## CONFERENTIA XXX.

NOTUM est pàlam, extare tria loca mirifica, unum in Lotharingia Mirecourt ad imaginem Deiparæ, Virginis PP, Cordigerorum; alterum in Tirolì Brauneck dictum, similiter ad stertuam miraculosam B. V. M., & tertium in ædicula Lauretana Bruntrutum; ad quæ deferri solent infantes ante Baptismum mortui, ubi post certas preces edunt talia vitæ indicia, ut credantur esse anima præditi, eamque ob rem tinguntur aquâ baptismali saltem cum conditione, ac paulò post sunt omnis sensus, motus & alterationis ex partes. Quæritur itaque, quid sit de talibus Baptismis sæpe cit à n. 272. se vidisse duo authentica instrumenta testantia ejusmodi mirificum reditum ad vitam, emigrationemque ex illa, unde infert, aitque, ut sequitur: Denique tamen sæpissimè repetita prodigia sustulerunt omnem ferè durationem, præsertim in Mirecourt, idcirco omnino, posse hic, & debere tingi sacro lacte saltem cum conditione. Hæc non ego, utpote nullam hujus rei experientiam aut notitiam nactus, sed.

P. Gob.

Gob. quidquid proinde Lectori visum fuerit ,  
credat , per me licet.

## CONFERENTIA, XXXI.

58.

Quia varia solent Monstra pronasci ab inse-  
licibus mulieribus , utpote cum duobus  
capitibus , cum bino pectore , naribusque bo-  
vinis , cum simiarum faciebus , sine ullo planè  
capite , & oculis insitis hinc inde in humeris ,  
ex bestia & homine conceptus Satyrus , &c.  
Quæri hic potest , aut certe debet , an & quo-  
modo talia monstra sint baptizanda.

59.

RESOLUTIO prima: Quando tanta est di-  
stinctio , multiplicatioque partium principa-  
lium ( p̄ta capitum , pectorum , cordiumque )  
diversitasque operationum ut insinuent plures  
animas debent singula capita seorsim baptizari.  
Ita Scot. in 4. dist. 6. q. 2. Et ratio est , quia  
tunc sunt duo supposita. Quod si vero sub duo-  
bus capitibus deprehendatur tantum unum cor-  
tunc unum caput absolute baptizandum est ,  
& alterum conditionate, quia non est sine con-  
ditione ministrandus Baptismus in dubio , est  
autem tunc dubium , an sit duplex homo : Igi-  
tur &c.

RESOLUTIO secunda : quando monstrum  
habet omnia prorsus membra humana , & ca-  
put ferinum , habendum est pro vero homine  
( cum vir ex muliere non genere bestiam ) ra-  
deoque baptizandum absolute. Ratio est &  
quia reliquum corpus à capite satis indicat , il-  
lud

60.

G

lud

61. lud fuisse vegetatum à corde humano, quod principatum tenet inter partes hominis.

RESOLUTIO tertia : Si potiores partes corporis sint speciei fetinæ, & constat monstrum progenitum esse ex viro & muliere, baptizandum est cum conditione : si autem sciatur esse Satyrus ex muliere & bestia natus, is omnino Baptismo careat. Ratio primæ partitis, quia ex merò humano semine bestia gigni non potest, & secundæ quia talis Satyrus, ait Bonac. de sacram. disp. 2. q. 2. punct. 6. n. 3. non descendit ex Adamo; ideoque renascendus non est.

### CONFERENTIA. XXII.

62. Quidam à veneficis parentibus natus, à diabolò valde investatur, nec sciri potest ulio iudicio, ubi, vel à quo baptizatus fuerit. Quæritur proinde, an sit rebaptizandus saltem sub conditione? R. Gob. hic n. 384. diurnas & graves infestationes dæmonis posse quandoque iniicere prudentem suspicionem, aut metum, ne quis non sit baptizatus validè. Probari id potest varijs exemplis illorum, qui postquam fuerunt rebaptizati, obtinuerunt quietem animi & corporis; quæ Exempla refert postea n. 456. & 457.

### CONFERENTIA. XXXIII.

I N urbe quadam Helvetiæ sunt duæ Ecclesiæ, in quarum una pro Baptismo adhibetur aqua elementaris, in altera sat crebro aqua rosacea.

jam recens conversus ad fidem Catholicam, scit se baptizatum in posteriori Ecclesia, dubitat proinde, an in aqua rosacea, vel naturali: an repetendus Baptismus?

**RESOLUTIO**: Rebaptizandus est utique Helvetus cum conditione, tum quia dubitat prudenter an non sit baptizatus in materia omnino dubia; tum quia à ministro Calviniano aut Zwingliano; qui concionatoriè tantùm & historicè solent proferre suas formas sacramentales. Ita Gob. sup. n. 395.

**CONFERENTIA, XXXIV.**

Parochus ingressurus Ecclesiam, reperit ante fores infantem expositum cum scheda attestante, eum esse rite baptizatum: an possit ac debeat id credere. 64

¶ Cum constitutionibus synodalibus constantiensibus, part. 1. tit. 6, n. 6. Infans expositus, licet in collo habeat appensum testimonium, quod baptizatus fuerit, si tamen aliunde non constet, baptizetur sub conditione, ratio autem est: quia tales infantes ut plurimum baptizantur ab ipsismet Matribus regendi sceleris ergo, quæ persæpe sunt juvenulæ Meretriculæ Formæ & materiæ Baptismi ignaræ, igitur si Baptismi obstetricum sunt suspecti, à potioritalium Meretricularum.

**CONFERENTIA, XXXV.**

**S**acerdos tenerrimæ conscientiæ conferendô Baptismum infanti fuit involuntariè distra- 65

C 2

que

ctus: & ideo exacto ministerio cœpit anxie dubitare, an non omiserit, verba illa, *Ego te baptizo*, sciens probe se dixisse reliqua, *in nomine Patris &c.* An debeat repetere Baptismum cum conditione; & Cum P. Gob. cit. n. 422. minimè, eo quod distractio in tali viro non possit fundare ullum rationabile dubium alicujus omissionis. Et huc facit sapiens monitum D. Thom. 3. part. q. 3. s. 6. ad 5. ita loquentis *Nihil debet* (Sacerdos Sacrificans quidni & baptizans) *repetere propter eam solam causam, quod non recordatur, an hoc aut illud fecerit, aut dixerit.* Notent scrupulosi.

## CONFIDENTIA. XXXVI.

66 **I**N Clementina de Bapt. cap. præsentis prohibemus. Habentur Sequentia: *Præsentis prohibemus edicto, ne quis de cætero in Aulis vel Cameris, vel alijs privatis domibus, sed duntaxat in Ecclesijs, in quibus sunt fontes ad hoc specialiter deputati, aliquos, nisi regum vel Principum, quibus valeat hoc in casu defervi, liberi extiterint, aut talis necessitas emerferit, propter quam nequeat ad Ecclesiam absque periculo propter hoc accessus haberi, audeat baptizare. Qui autem secus præsumserit, taliter per suum Episcopum castigetur, quod alii similia attendere non præsumant.* Hæc Canon. Cui videtur praxis esse contraria per germaniam: quid ergo dicendum.

& Per Principes intelligunt hic Riccius de sis, 427. & Quintanadu. Singular, tr. 1. singular

gul. 21. omnes grandes Hispaniæ, Comites, Barones, Legatos Regum, & universim omnes habentes Jurisdictionem temporalem, id circa idem permittitur [sed non nisi in sacello vel Oratorio, nisi necessitas excuset] nobilibus in germania, præsertim imperialibus. Porro necessitas, ob quam Clementina etiam alijs inferioris conditionis concedit Baptismum privatam, non debet esse insuperabilis, sed sufficit probabile periculum fore, ut, nisi baptizetur infans extra Ecclesiam, vel sine Baptismo moriatur, vel timenda sit infirmitas; vel si infans non possit deportari ad Ecclesiam citrà periculum infamiæ Marronæ vel puellæ nobilis, quæ occultè peperit &c. Hæc enim & similia sufficienter tangit clementia ibi aut talis necessitas emerferit &c.

## CONFIDENTIA. XXXVII.

67.  
**C**onc. Trid. sess. 25. cap. 2. Hæc habet unus tantum sive vir sive mulier juxta sacrorum Canonum instituta, vel ad summum unus & una, Baptizatum de Baptismo suscipiant, inter quos & baptizatum ipsum, & illius Patrem & Matrem, nec non inter baptizantem & baptizatum, baptizatique Patrem & Matrem tantum, Spiritualis cognatio contrahatur. Ad quæstionem igitur, utrum si Maritus & uxor assistant baptismi solemnem, contrahant inter se cognationem spirituales, facile R. negative: ratio patet ex verbis Concilij Trid. satis  
 C 3 claris



claris, Similiter ad aliam, an Parochus peccat  
admittendo plures Patrinos, quam unum &  
unam, & ex constitutionibus synodalibus  
Constant. Diocesis part 1. tit. 6 n. 8. viri No-  
biles, si quando plures Patrinos forte pro ma-  
jori solemnitate, & familiæ suæ splendore ad-  
hibeant, volumus, ut Parochi duos ex illis  
designent, qui susceptores sint [ utique unum  
& unam ] & cognationem Spiritualem con-  
trahant, atque in librum Baptizandorum à  
Parochis inscribantur, reliqui non item, quos  
tamen loco testium solennitatibus Baptismi  
interesse non veramus.

68. At inquires, fulminabunt alij Nobiles, si re-  
pellantur. & Non fulminabunt, si hanc cau-  
telam adhibeas: videlicet porrige illi baptiza-  
tum, quem designasti, sic enim fiet, ut reliqui  
postea eundem suscipientes non contrahant  
cognationem. Et si adsit Principalis Hæreti-  
cus, qui aveat Parrinitatem, detur infans ob-  
stetrici, & ab ea offeratur Hæretico, atque ita  
vel obstetrix; vel neuter erit Patrinus.

#### CONFERENTIA. XXXVIII.

69. Parvulus in periculo constitutus baptizatus  
baptismate privato absque cære non; ut a l. l. l.  
post suppleantur cæremoniæ omiffæ in Eccle-  
sia, inter quas præcipua esse videtur assistentia  
Patrini: quæritur ergo an is fiat vere priatinus.  
& Cum communi, Officium Patrini esse  
ab Ecclesia institutum pro solo vero, certo &  
ab.

absoluto Baptismo. Ita Bonacin de Ma-  
trim. q. 3. punct. 5. §. 2. n. 10. Cum ergo in  
tali supplemento Ceremoniarum utcumque so-  
lenni, non fiat verus Baptismus, aut certe non  
absolutus sed conditionatus tantum, nulla  
contrahitur in eo realis & vera cognatio.

## CONFIDENTIA. XXXIX.

70

**V**idi aliquoties in Ecclesia N. Baptizari in-  
fantes, quos Baptista reddidit immediatè  
obsterici, assistentibus P. trinis, & ideo vide-  
batur mihi ibi nullam contrahi veram Patrimi-  
tatem à designatis patrinis: an rectè.

¶ Ad contrahendam hanc cognationem  
atque ad veram denominationem patrinum po-  
stulati, ut quis vel actu teneat infantem, dum  
aqua super eum affunditur à Baptista, vel cer-  
te immediate accipiat è manu ipsius Baptistæ,  
ac proinde non effici Patrinum vel Matrinam,  
illum vel illam, cui tradit infantem is, qui  
accepit mediate vel immediate à Baptizante:  
Sunt verba P. Gobat. hic n. 538. sic etiam ten-  
rit Escobar in Theol. Moral. lib. II. Sect. I.  
cap. 1. citans Pontium & Sanchez, Perez Bo-  
nacin. **A**qui in Ecclesia N. designati Patrinum  
non accipiunt immediatè, nec tenet baptiza-  
tum sub baptismo: itaque nullam contra-  
hant cognationem spiritualem. Cæterum  
nolim hoc dictum, si forte consuetudo dicece-  
seos vim legis obtinens sit in contrarium, de  
qua scient illi aut certe scire debent, qui hoc

C 4

practi-

præstent, imo esse contentus cum Barbosa in Trid. sess. 24. cap. 2. de reform. Matrim. n. 26. si commater traderet infantem sacerdoti iam baptizatur, cuiusque deinde reddendum finire baptismo.

### CONFERENTIA. XXXX.

**P**uerperâ mortuâ, periclitans fœtus editus Baptizatur à vidua: quæritur proinde, an ista vidua possit contrahere cum viduo seu viro emortuæ puerperæ: ratio dubitandi est, quia Baptismo necessitatis & non solenni, non videretur contrahi cognatio spiritualis.

**R**ESOLUTIO: Quamvis Patrinus Baptismi privati non fiat cognatus Spiritualis, sit tamen Baptizans; ita Gob. hic n. 577 citans pro priori parte Sanchez Lib. 7. de Matrim. disp. 26. n. 14. & pro posteriori Marchant. In Resol. pastor. de cap. 5. n. 3. unde vidua, quæ Baptizat Filium vidui, non potest cum eo contrahere. Ad rationem dubitandi & cum viduere quoad Baptizantem.

### CONFERENTIA. XXXXI.

72. **N**on pridem petiit in nostra vicinia Pater Baptizandi à Parocho ut Patrinum ageret: an rationabiliter?

&. Rationabiliter & irrationabiliter; rationabiliter quidem, Si Parochus habuisset Capellanum vel vicarium: irrationabiliter autem, si unus idemque deberet agere Baptizantem

to rem: quæ enim tunc interroganti respondeat?  
ais: interrogatio & responsio casu conveniunt;  
itaque potest Baptizans sibi ipsi respondere: ar  
benè quidem ais, casu conveniunt sed non sub-  
jecto.

13.

CONFERETIA XXXX II.

**C**ontingit nonnunquam Parochum negli-  
gentem esse in notandis ad Librum Bapti-  
zatorum Baptismatè sacro renatis, an non gra-  
viter peccet? ad hoc.

¶. Quintanao. singl. tr. 2. sing. 2. peccare  
mortaliter: ratio est: quia ista negligentia ver-  
git in magnum præjudicium Baptizati: etenim  
ex talibus libris petitur testimonium ætatis  
pro ordinibus, professione in Religione, Matri-  
monio, liberatione à tutela, minoritate, de  
cognatione spirituali, & de Parentibus. Unde  
valde providè vehementer hortatur P. Gob.  
hic. tr. 2. n. 589. Dominus Parochos, ut no-  
tent non solum dies Baptismi, sed & nativita-  
tis: imò etiam horam quâ quis natus est: an  
ante vel post prandium prodierit in Lucem:  
quia tale registrum facit plenam fidem coram  
quovis tribunali, quando est quæstio vel de  
Baptisma reverè collato, vel de ætate: siqui-  
dem Parochus in tali & pro tali actu est Nota-  
rius Publicus.

De

## De Sacramento Confirmationis.

### CONFIDENTIA. XXXIII.

74. **V**Nus aliquis vult Ordinari in clericum quem dùm Episcopus interrogat, an confirmatus. R. Se quidem confirmatum, non nisi oleo Infirmorum, eò quod non adfuerit Chrisma: est nè ergò iterum confirmandus?

**RESOLUTIO:** est affirmativa: Ratio est manifesta; quia ubi in Sacramentis non adhibetur materia essentialis, ibi non stat ratio Sacramenti, adeoque reperenda: sed oleum infirmorum non est materia essentialis Sacramenti confirmationis: igitur &c. Prob. Nam, concil. Flor. in litt. Un. pro materia huius Sacramenti statuit Chrisma confectum ex oleo & Balsamo: sed oleum infirmorum non est Chrisma confectum ex oleo & balsamo, ut patet, igitur &c. Deindè Conc. non dicit oleum esse materiam huius Sacramenti, cuius aliquid Balsami admisceri debeat; sicuti loquitur de materia Eucharistia dicens, illam esse vinum de vite, cui ante consecrationem modicissima aqua admiscenda est, sed dicit esse Chrisma ex oleo & Balsamo confectum, quare loquutio æqualiter oleum & Balsamum ad hoc Sacramentum, requirit.



# TITVLVS III.

## De Venerabili Sacramento Eucharistiæ, & Missæ Sacrificio.

### CONFERENTIA. I.

**S**acerdos Sacrificaturus die Dominico non reperit hostiam triticeam, ut ergo populus satisfaciat obligationi audiendi missam, utitur hostiâ siliginea: quaeritur itaque an non præstaret offerere sacrum, quam talem hostiam consecrare. 75.

**R E S O L U T I O** prima: Si per siliginem intelligatur species illa frumenti, quam Germani vocant Dinkel / Tessen / vel Kern / apud omnes incontesto est, hostiam ex ea confectam esse materiam, & licitam & sufficientem, consecrationis: Ratio est: quia etsi non sit Triticum strictè [Germanis Weizen] est tamen Species Tritici latius sumpti, æquivalens Tritico strictè: vocaturque per Alsatiam Weizen. Est itaque solum controversia de siligine accepta pro lecali, germanico Rocken /

ex

ex qua non pinfitur tam albus panis, quam ex filigine in priori acceptione, utilis tamen & quotidianus, etiam inter homines honestae conditionis; de qua proinde fit

76. RESOLUTIO secunda: filigo sive serale (Rocfen) probabilius non est materia sufficiens ad consecrationem; adeoque praestat omittere sacrum die dominico, quam in hostia filiginea celebrare. Pro hac citantur D. Thom. q. 74. a. 3. & Scor. 4. Dist. 11. q. 6. n. 1. & Cuminunis.

Probatum autem ex Conc. Flor. in decreto unionis; Ubi dicitur: *Tertium est Eucharistia Sacramentum, cuius materia est Panis triticeus, & vinum ex vite.* Unde Catechismus Rom. c. de Euchar. §. 12. *Nullus Panis nisi triticeus aptus ad hoc Sacramentum materia putandus est: Hoc enim Apostolica traditio docuit, & Ecclesia auctoritas firmavit.* Atqui filigo nullibi pro tritico reputatur: nec est tritico in bonitate aequalis, ut ador & spelra: igitur non est materia consecrabilis. Dixi porro probabilius: quia oppositum probabile censent Laym. Tan. Gob. & noster Patricius, saltem in casu urgentis necessitatis, utique propter communem eius usum inter homines.

### CONFIDENTIA II.

77. PArochus habens plures moribundos providendos, dum non adsunt panes azymi,

con.

consecrat fermentatos : an licite ? de valore nullidubium est : quia uterque à scriptura simpliciter panis dicitur : Itaque sit

RESOLUTIO negativa cum Laym. hic. c. 2. n. 4. & comuniōri : ratio est : quia non censetur obligare præceptum de communicando in mortis articulo, quando id fieri non potest conformiter ad Ecclesiæ præscriptum : decernitur autem à Flor. in decreto unionis, unumquemque sacerdotem debere conficere corpus Domini iuxta suæ Ecclesiæ consuetudinem : NB. *debere*, quod præceptum indicat : igitur qui consecrat in Ecclesia latina in fermentato, facit contra præceptum Ecclesiæ, adeoque illicitè.

### CONFERENTIA. III

Parochus it peregrinatum cum suo grege spiritali ad Ecclesiunculam sequestratam, longius à Civitate, ubi non reperit Hostiam majorem, plures autem minores : quæritur, an ipsi liceat celebrare cum minori hostia. 78.

2. Cum Tamburino l. 2. c. 8. §. 7. n. 16. si desit grandior hostia, posse pro sacrificio ex mera etiam devotione faciendo accipi unum è particulis, quæ præberi solent Laicis, monendo tamen prius populum ne forte scandalicerur

Ratio est, quia id nec lex aliqua prohibet, nec consuetudo obligans, dummodo scandalum absit, quod tollitur præadmonitione.

CON



## CONFERENTIA. IV.

79 Sacerdos volens communicare pœnitente confessos apposuit particulas consecrandas dum autem consecraret hostiam Majori nullam habuit memoriam minorum, nisi primam post consecrationem Calicis, & ideo consecrato calice repetiit formam consecrationis panis super dictas particulas, quæritur proinde an recte egerit,

RESOLUTIO prima, vel sacerdos ille posuit particulas consecrandas super corporale vel reliquit eas extra corporale in pixide lignea: si primum, fuerunt consecratæ una cum Majori hostia, non obstante earum oblivione propter primam intentionem virtualiter perseverantem, adeoque graviter deliquit et iterum consecrando. Si vero secundum, id est si eas reliquit extra corporale in pixide lignea iterum quæritur, utrum habuerit intentionem eas consecrandi, ubicunque demum fuerint modo in debita præsentia: vel eas licite & absque peccato consecrandi; si primum, valide eas consecravit, sed non absque peccato, quod velle consecrare Hostias extra Corporale, absque peccato fieri (scilicet scienter saltem) non potest. Si secundum, tunc eas omnino non consecravit, siquidem intentio ipsius non extendebatur extra Corporale, quia eo ipso non fuisse licite & absque peccato. Quod autem eas de novo

consecraverit post Calicis consecrationem, sive prius valide, sive invalide consecratus, est difficilioris resolutionis: propter quod sit.

80.

RESOLUTIO secunda: Si praetactus Sacerdos dictas particulas consecrasset finita consecratione maioris Hostiae, peccasset mortaliter, quanto magis dum consecrat, post consecratum Calicem. Ratio est manifesta: nam in primo casu consecravit Hostias jam consecratas una cum maiori Hostia [ si fuerunt Hostiae infra Corporale ] propter virtualement intentionem eas consecrandi, ut in priori resolutione dictum est, atque adeo sacrilege. In posteriori autem casu caepit novum Sacrificium, priori essentialiter jam peracto, idque mutilum, absque mortali non licere omnes doceat, ergo quomodo cunque se excuset, graviter erravit: nec potest se excusare cum ignorantia: quia est nimis crassa & vincibilis.

### CONFERENTIA V.

Legitur in varijs Sanctorum historiis quod propter eorum merita aqua conversa fuerit in vinum miraculose, ut illa à Christo in nuptiis Canae Galileae, quod si ergo Sacerdos tale vinum consecraret, an valide, ratio dubitandi est, quia secundum Concil. Flor. & exemplum Christi in Coena ultima, materia consecrationis Calicis est vinum de vite: vi-

81

RUM

num ex Aqua miraculose productum non est de vite : igitur non videtur esse consecrabile.

RESOLUTIO : Quodcumque Vinum de vite, sive album sive rubrum, cuiuscunque Regionis, debile vel generosum, imò etiam ex Aqua miraculose productum, est materia valida consecrationis SS. Sanguinis Christi, dummodo habeat veram & essentialem rationem Vini. Et Ratio est praxis Ecclesiæ, quæ secundum varias Regiones varia etiam vina adhibet ad Consecrationem. Unde licet Vinum ex Aqua productum non sit de vite quoad substantiam.

#### CONFERENTIA. VI.

82. SACERDOS celebraturus ad copulandos sponsos, non habet Vinum : quare accepit racemum ex vite pendentem eumque comprimit, & liquorem inde manantem consecrat : an valide?

R. Si racemus sit maturus, liquorem inde expressum esse substantialiter Vinum : si verò sit immaturus, ex eo defluere agrestam quæ nondum est vinum, sed via tantum ad Vinum : ideoque prior liquor consecrabilis, non item posterior.

#### CONFERENTIA. VII.

83. In frigidissimo Hyemis tempore Vinum, in  
ice

calice totaliter congelatur ante Consecrationem, nec habentur ea bones igniti : quibus liqueferi valeat, quæritur proinde, num valide consecratur, Ratio dubitandi est ; quia Aqua congelata non est materia Baptismi, licet substantialiter maneat Aqua, igitur e si vinum congelatum maneat Vinum quoad substantiam, non tamen erit materia consecrationis.

**RESOLUTIO:** Vinum quomodo cunque congelatum, etiam ante resolutionem, potest valide consecrari. Ratio est : quia secundum Ecclesie intentionem in Missali de defectibus in Missa occurrentibus, in Vino post Consecrationem congelato manet Christus: ergo eodem modo potest in similem materiam induci Christus. Nec est paritas baptismi cum Eucharistia : Ille enim consistit in ablutione sive usu Aquæ, qui usus haberi non potest, quamdiu aqua glacies est : Eucharistia autem est Sacramentum permanens independens à poratione, unde licet vinum congelatum ut tale non sit potabile, potest tamen in eo salvari ratio Sacramenti secundum esse permanentis.

**CONFERENTIA VIII.**

84.

**A**lexander I. Papa post S. Petrum sextus Epist. ad omnes Orthodoxos, ait : Non debet, ut à Patribus accepimus, in Calice Domini aut vinum solum, aut aqua sola offerri, sed utrumque

**D**

per

*permixtum* : Estne ergo utrumque de necessitate Sacramenti.

**RESOLUTIO** : Vino consecrando aqua modicissima admiscenda est, non necessitate Sacramenti, sed præcepti tantum, non Divini sed ecclesiastici, sub mortali tamen obligante. Ita habent expresse Rubricæ Missalis de defectibus, nam Concilia *Flor.* & *Trid.* absolute definiunt materiam huius Sacramenti esse Vinum de vite, cui aqua admisceri debet, ita quidem ut Vinum consecretur, Aqua verò non priùs conversa, in Vinum, consequenter non est de necessitate Sacramenti sed præcepti, non Divini, sed Ecclesiastici; quia de Divino non constat: & *Concil. Trid.* simpliciter dicit, præceptum esse ab Ecclesia Sacerdotibus, ut quam Vino in calice offerendo miscerent. Quia autem hoc præceptum sit obligans sub mortali, inde facile conijcitur, quia hæc mixtura fit ad representanda gravissima mylteria, ut per fluxionem aquæ & sanguinis ex latere Christi Crucis: item unionem hypostaticam Deitatis cum humanitate in Christo: & denique unionem Christi cum Ecclesia. Deinde Theologi ita necessario requirunt hanc aquæ mixturam, ut nullum admittant casum, quo licet inchoare Sacrificium cum præviso defectu aquæ quam si oblitus es infundere suo tempore, debes postea supplere si advertas, etiam post consecrationem Hostiæ, non tamen consecra

jam vino, quæ utique omnia gravem obligationem insinuant.

### CONFERENTIA IX.

Edituus affert particulas consecrandas post 85.  
*Orate Fratres*, ante Præfationem, an liceat Sacerdoti eas acceptare & consecrare? Ratio dubitandi est, quia Rubricæ Missalis præscribunt hostias pro communicantibus consecrandas delere poni super Corporale ante Offertorium, quatenus offerantur cum majori hostia.

RESOLUTIO: eas licite consecrare (præmissa tamen oblatione mentali) docent *Diana p. 2. tr. 14. resol. 71. Gavant. apud ipsum: Busenbaum tr. 3. c. 1. dub. 5. in fine.* Et quidni etiam modo adsint ante Consecrationem, omnino concedunt *Tamburin. & Gobat. apud Parisic. part. 2. n. 170.* Ad rationem dubitandi &c. Rubricas præscribere id, quod ordinariè fieri solet, & quod melius, non quod necessarium est.

### CONFERENTIA X

Postquam Officiator insolenni Saero consecraret Ciborium plenum particulis ante cantatum Pater noster, adfuit alius Sacerdos auferens Ciborium pro communicandis poenitentibus, quierant in magno numero, an recte fecerit? Videtur quod non, quia nondum sunt factæ cæ Cruces in canone præscriptæ super illas particulas, *sed his non obstantibus.* 87.

&c. Sacerdotem auferentem Ciborium in

D 2

gancæ

ranta copia communicantium, nullam partem  
commisisse culpam. Ratio est, quia particulae  
iam erant consecratae, nec cruces illae praesentibus  
praesolent fieri super particulas communican-  
tium, aut Ciborium, sed solum super hostiam  
majorem & Calicem, ut quotidiana experientia  
docet.

88.

## CONFIDENTIA. XI.

Sacerdos consecraturus non detegit Calicem  
nec aperit Ciborium, aut Pixidem continen-  
tem particulas consecrandas: Quæritur pro-  
inde, an sint illi sufficienter praesentes, ita ut  
rigore sermonis de illis verificentur particulae  
hic & hoc.

& [ Sit Regula Generalis ] quod si inter  
consecrantem & materiam consecrabilem  
corpus opacum per modum separantis vel  
videntis interpositum, non fieri validam con-  
secrationem, quod vis enim tale obstaculum  
morali iudicio hominum censetur impedire  
veritatem demonstrationis per particulas  
& hic, quare hostia post parietem, vel intra  
Tabernaculum conclusa, aut super altari  
locata, vel post velum altaris ad divisionem  
aliquam faciendam erectum, non potest validè  
consecrari, quod si vero corpus interpositum  
se habeat per modum continentis tantum, o-  
nantis vel defendentis materiam ab irreverentia  
aliqua extrinseca, v. g. venti aut pluviae  
tunc utriusque consecratio habet suum effectum

& ideo vinum in calice palla coopertum, & Hostiæ in Ciborio clauso possunt valide consecrari, quamvis tempore consecrationis deceat discoope iri. Et ratio est: quia in priori casu non verificantur demonstrativæ particulae *hoc & hic*, sed potius *illud & ille*, bene autem in posteriori. *Ita omnes.*

### CONFERENCE XII.

Parochus finito Sacro vocatur ad infirmum moriturum absque Viatico, nisi de novo consecret parvam hostiam, quæritur ergo, an in casu necessitatis liceat consecrare unam tantum speciem.

89.

& Per se nunquam licitum est consecrare unam tantum speciem, panis v. g. etiam in gravi necessitate utputa communicandi infirmum, alioqui sine Viatico moriturum. *Ita Communissima DD.* Ratio desumitur ex ipso facto Christi utramque speciem consecrantis, & adjuncto præcepto. *Hoc facite in meam Commemorationem*, accedente interpretatione & usu totius Ecclesiæ. Hinc Concil. Trident. sess. 22. c. 1. dicit, Christum Corpus & Sanguinem suum sub speciebus panis & vini Deo Patri obtulisse, ac sub earundem rerum symbolis Apostolis, eorumque in Sacerdotio successoribus, ut offerent, præcepisse per hæc verba: *Hoc facite in meam Commemorationem*; ergo præcepto divino necessaria est consecratio utriusque speciei interpretante Ecclesia. Unde

D 3

con-



confiratur Respondeo ex eo, quod hoc Sacramentum non conficiatur nisi in Sacrificio (imo ipsa consecratio est Sacrificium) Sacrificium autem essentialiter requirit utriusque speciei consecrationem utpote repræsentativam Sacrificij cruenti crucis ac mortis Christi, quæ facta voluitur per realem separationem corporis à sanguine, & sanguinis à corpore. Tu ergo ne unquam præsumas consecrare panem absque vino, id est, non nisi in Missa, nisi per accidens te excuset impossibilitas, v. g. si Sacerdos consecrata hostia moriatur, aut cadat in deliquium; Tunc enim alij Sacerdos (etiam non jejuno, si jejunius haberi non possit) licebit consecrare Calicem solum, & ita consummare Sacrificium à priori inceptum; de quo vide Missale, ubi de defectibus Missæ.

## CONFERENTIA. XIII.

**N**OVI eximium & spectabilem Dominum Dezanum, cui per sepe in solemnibus sacro pro Diacono ministravi, qui solebat consecrare hostiam, ut sequitur; *Hoc est, hoc est enim, hoc est enim Corpus, hoc est enim Corpus meum*: quid sentiendum de tali consecratione.

Respondet pro me R. P. Gobat in *Alphab. to Sacrificantium casu 3. n. 4.* his omnino verbis. Tales committere ex genere suo mortale, quia inducunt novum ritum circa actionem omnium sacratissimam, mutant formam sacramentali, bis terve ponendo unum verbum

bum  
loque  
non p  
redig  
Gob.  
tite d  
mand  
fitate  
lina p

**D**E  
pu  
mei:  
[ajun  
cam sp  
potum  
spiritu  
Christ  
tuale  
neque  
stum  
ruerun  
fenter  
elcam  
post  
B.  
est Pa  
aliud  
mini a

bum: repræsentant nobis Christum ridicule loquentem. Credo tamen, tales coram DEO non peccare graviter, quia scrupuli eorum eos redigunt ad hanc parvam stultitiam. *Hæc Gob.* Quibus addit *Patritius noster*, idem se sentire de ijs, qui consecraturi pro intentione formanda, longa, scrupulosa, ac ridicula, morositate hostiæ consecrandæ incubant veluti gallina pullis excludendis.

## CONFERENTIA XIV.

**D**E forma Consecrationis Panis, *Hoc est Corpus meum, & vini, Hic est Calix Sanguinis mei:* Ita discurrunt Calvinistæ & patres nostri, [ajunt ex Paulo I. Cor. 16.] *Omnes eandem escam spirituales manducaverunt, & omnes eundem potum spirituales biberunt, bibebant autem de spiritali, consequente eos Petra, Petra autem erat Christus.* Unde si cerguunt: Si eandem spirituales escam Patres nobiscum sumpserunt, neque aliter, quam vera fide præsentem Christum (qui in carne nondum natus erat) poterunt lumere, constat nos quoque ita præsentem manducare, cum eandem manducemus escam: Quæritur itaque, an ex cit. verbis Apostoli recte sequatur, quod inferunt.

¶ Minimè, aliud enim (inquit S. Aug.) est Pascha, quod Judæi de ove celebrant: aliud quod nos in Corpore & Sanguine Domini accipimus. Nos signum & signatum

D 4

fide

fide & re ; illi signum cum sola fide , eandem ergo utrique spirituales escam , non eandem realem. Nos habemus Panem de Cœlo vivum , illi Manna mortuum. Joan. 6: Declaratur autem nostra veritas ex ipsis institutionis sacræ verbis , *Hoc est Corpus meum, quod pro vobis datur.* Panis autem, vel apprehensus in mente Christus, pro Redemptione nostra oblata non sunt , sed ipsum Christi Corpus reale & verum. Iterum *Hoc est poculum, novum Testamentum in Sanguine meo, quod pro vobis effundetur* , manifestè indicat , non vinum , sed verum Christi sanguinem , neque hanc ut fide apprehensum , sed ut ipsum fidei nostræ objectum, hoc in poculo fuisse : Cum aliud nihil pro salute nostra effusum sit.

## CONFIDENTIA. X.

92. Quia Apost. ad Rom, 6, scribit : *Christus resurgens ex mortuis, iam non amplius moritur, mors illi ultra non dominabitur, quomodo intelligendum est illud Tridentini sess. 13. c. 3. ubi docet existere in hoc Sacramento [ utique vi forme consecrationis ] Corpus quidem sub specie panis & Sanguinem sub specie vini ex vi verborum quòd si enim Corpus existat sub specie Panis absque Sanguine, quomodo vivit & non moritur Christus. Ad hoc*

Re.

Respondendum est Lutherano, non Catholico: ille enim dicit cum pane esse solum corpus, & cum vino solum sanguinem absque corpore; hic autem fatetur, & sub specie panis, & sub specie vini esse totum Christum una cum Deitate & Humanitate, & sic utique vivum. Audi quod sequitur in cap. cit. Conc. Trid. *ipsum autem corpus sub specie vini, & sanguinem sub specie panis, animamque sub utraque; vi naturalis illius connexionis & comitantie, quæ partes Christi Domini, qui jam ex mortuis resurrexit, non amplius meriturus, inter se copulantur &c.* subintellige esse, vel manere. Aliud ergo est solum corpus poni sub specie panis vi verborum consecrationis, & aliud solum corpus ibidem poni: hoc ultimum Lutherizat, prius autem optime Catholicum est: dum enim vi verborum ponitur solum corpus sub specie panis, ponitur per concomitantiam etiam sanguis, & anima; & dum sub specie vini, vi verborum formæ consecrationis, ponitur tantum sanguis, ponitur quoque concomitanter, vi naturalis connexionis, corpus, anima, Deitas, & unio hypostatica, adeoque totus Christus.

CONFERENTIA, XVI.

Præterdunt quidam, quod si quis indignè accedat ad hoc Sacramentum, statim recedat Christus, antequam comedatur. Item alii, recedere Corpus Christi, si species in latum

93.

vel alium locum sordidum cadant, vel a mure  
aut a bestia devorentur: an recte?

ꝛ. Certè Ratio est: quæ tamdiu manet  
Corpus & Sanguis Christi ac ipse Christus sub  
speciebus Eucharisticis, quamdiu possit sub  
ipsis conservari ipsa substantia panis & vini, si  
adesset, succedunt enim Corpus & Sanguis  
Domini substantiæ panis & vini: Sed substan-  
tia panis & vini non statim corumpitur ca-  
dens in lutum, vel alium locum indecentem,  
ut per se clarum est: Igitur &c. Deinde si pec-  
catore communicante Christus recedit, unde  
diceretur indignè sumere Sacramentum juxta  
illud I. Cor. II. *Qui manducat & bibit indignè,  
judicium sibi manucat & bibit, non dividens  
Corpus Domini?*

#### CONFERENTIA XVII.

**I**nfirmus sumpsit Hostiam, quam ob siccita-  
tem oris non potuit deglutire, sed tamdiu  
re-inuit in ore, donec totaliter conlumeretur:  
an fructuose communicarit?

94. ꝛ. Talem infirmum non manducasse  
Christum; ac per consequens gratiam sacra-  
mentalem non accepisse. Ratio est, quia  
hæc manducanti Sacramentum pronititur:  
non est autem manducatio Sacramenti, post-  
quam species corruptæ sunt, etsi corruptas  
cum saliva deglutiat: igitur &c.

95. At quid, si species semel sumæ & trajectæ  
in stomachum, iterum integræ evomantur;

Ta-

Talis utique inuictuos e communicavit : quia  
revera manducavit : & si eas denuo sumeres  
(ut pote nondum corruptas) de novo cum fructu  
communicaret. Ita Card. de Lugo *his Disp.*  
*12. sect. 2. num 53.*

## DE MISSA.

## CONFERENTIA XVIII.

96.

**M**issa à Lutheranis & Calvinistis dicitur ab-  
ominatio, Idololatria, quia colitur Baalim  
& Maozim, *Dan. 11.* ubi refertur Anti-  
chistus adoraturus Maozim, ei que argentum  
& lapides pretiosos oblaturus : quod ipsum  
exercere ajunt Papistas in sua Missa, dum Sa-  
cramentum in ea confectum circumferunt aure  
& argento perornatum. Insuper nos incusant,  
quod per Missam nostram abnegemus unicum  
illud Sacrificium Passionis Jesu Christi cruentum,  
quo plenè satis factum est Patri æterno pro  
peccatis totius mundi. Quid ad hæc.

Respondeat Catholicus : Quærat ex ipsis,  
ubi scriptum sit, Missam esse abominationem,  
idololatriam baalamiticam & abnegationem  
Sacrificii cruenti Christi : & quod in Sacramen-  
to altaris adoremus Idolum Maozim : si id non  
ostenderint expressis & clavis verbis ex Scrip-  
tura (uri ostendere non possunt, cum tamen  
debeant) victi jacent abominabiles ipsimet,  
cum nobis probare nequeunt ex Bibliis, quod  
d. c. obiciunt. Velenim scriptum est clavis  
& ex-

& expressis verbis, de quo nos inculant tanquam idolatras, &c. vel non est scriptum, si non est scriptum, faciunt nobis manifestam injuriam secundum suam propriam opinionem dum nil credunt, nec credi volunt, quod Scriptura S. expressè non habet; vel est scriptum claris & expressis verbis, Missam esse idololatriam &c. & nos idololatras &c. ergo ostendant: sed ubi; certe nusquam, nisi in malevolo ipsorum cerebro.

An Baalim aut Maozin adorat, qui Christum adorat: ergone Christus Baalim: idololatriam exercet, qui ex mandato Christi, *hoc facite in meam commemorationem* offert panem & vinum, Corpus & Sanguinem Domini Sacrificium incruentum, quod & ipse Dominus obtulit: abnegat aut vilipendit Sacrificium cruentum Crucis, qui in ejus memoriam & repræsentationem offert agnum immaculatum sub speciebus panis & vini: An valori infinito Sacrificii cruenti Crucis aliquid detrahit, qui de ipso pretio participat per Sacrificium incruentum, per Sacramenta, per fidem, perque bona opera, quæ omnia in virtute crucis ac Passionis operantur in nobis remissionem peccatorum, An non vos ipsi (Lutherani) sentitis, Fidem & Baptismum esse media necessaria ad salutem: quomodo ergo solum Sacrificium Crucis sufficiens est ad omnem effectum, quem possumus obtinere per Sacrificium Missæ, Fidem

&amp;

& Sacramenta: Unde manifestè sequitur & vos non minùs detrahete Sacrificio Crucis, quam Catholicos, aut certe nec vos nec Catholicos, dum scilicet ambo vobis applicatis & participatis de pretio & valore Passionis per media ab ipsomet Christo instituta, inter quæ præcipuum est Sacrificium Missæ incruentum, quo ipsum cruentum Crucis Sacrificium repræsentatur, ejusque fructus nobis applicatur: unde sicut ipsa Sacramenta non sunt superflua, nec arguunt insufficienciam Sacrificii Crucis, ita nec Missæ Sacrificium.

## CONFERENTIA XIX.

Sacerdos abstemius, ne cogatur sumere species vini à quibus naturaliter abhorret, consecrat solum panem, eumque manducat: Quæritur itaque an conficiat Sacramentum, & peragat Missam; & Essentiam Sacrificii Missæ consistere in Consecratione utriusque Speciei. Ratio est; quia Christus expressè instituit in hoc Sacrificio offerri Corpus & Sanguinem suum sub speciebus panis & vini, ad repræsentandum Sacrificium cruentum factum per mortem Christi, sive separationem sanguinis à corpore: sed in consecratione utriusque speciei, & non unius tantum, sit perfecta repræsentatio Sacrificii cruenti, dum scilicet sub specie panis Corpus Christi velut effusus incruentè repræsentatur: igitur &c. Unde quamvis validè consecretur una tantum species

98.



cies, & verum hoc Sacramentum non tamen fit verum & perfectum Sacrificium à Christo institutum, sed mutilum ac impossibili supplendum per consecrationem alterius speciei, & etiam à Sacerdote non amplius jejuno, si non adsit jejunos. Vide *Rubr. Missal. ubi de defectibus Missæ*. Ex quo sequitur, audientes hujusmodi Sacerdotis mutilatoris Missam non satisfacere præcepto Ecclesiæ in die festo, ob defectum partis essentialis in Consecratione, & integralis in sumptione.

### CONFERENTIA. XX.

99. **L**egitur in historiis, sepius in Missa mutata hostiam in carnem, vel parvulum, ut in Martyrologio Franciscano, de quodam patre Petro, qui videbatur ab innocenibus deglutire parvulum in sumptione ita ut clamarent alii. *Schæuet Schæuet / Der Vater Peter verschlucket die Kindlein*: quid ergo de talibus hostiis sentiendum, aut faciendum.

*R. Cur. P. Spörer Teol. sacram. p. 2. cap. 3. sect. 1. num. 124.* si mutatio hujusmodi fit solummodo apparens & non realis (qualis fuit alia Patris Petri à solis parvulis vita) Hostiam sumendam esse à sacrificante. Ratio est, quia ea non fit ex parte Hostiæ, sed vel in intermedio aere, vel in potentia visiva per speciem, manente Hostia in statu debito & conveniente ad sumendum. Quod si autem fiat

ma

mutatio realis, ita ut omnibus, & ipsi etiam Sacerdoti apdaretur caro, idque permanenter, ea sane sumenda non est, sed in loco decenti asservanda: quis enim crudam carnem sumat.

At nunquid tunc Sacerdos debet de novo consecrare aliam hostiam ad completum Sacrificium: D. Thom. & Communus docent, posse iterum de novo consecrare, ac non teneri ex præcepto: licet enim sumptio sit de præcepto & integritate sacrificii, tamen hoc præceptum non potest amplius servari post ita mutatas species consecratas: nam tunc consecrare de novo, esset idem sacrificium consummare, sed aliud inchoare, Deus ipse mutatione miraculosâ specierum censetur in hoc præcepto sumptionis dispensare.

100.

CONFIDENTIA. XXI.

Laicus conqueritur adversus sacerdotem, quod hic sub duplici specie communicet, illi vero non nisi uno porrigatur: credit enim, sacerdotem porrigatur: credit enim, sacerdotem per duplicem plus gratiæ acquirere, an juste.

101

¶. si five communicans sub utraque specie plus gratiæ accipiat, si five minus, injuste conqueritur Laicus adversus sacerdotem, quod hic sub utraque communicet, & illi porrigatur.

102

tur sola panis species. Ita sentire debent omnes Catholici ex ratione data à Conc. Trid. sess. 21. cap. 3. ubi declarat: nullà gratià ad salutem necessarià defraudari eos qui unam tantum speciem accipiunt: ergo nulla fit injuria Laicis ab Ecclesia ipsis usum Calicis dene gante, sive per hunc acciperent aliquam gratiam, sive non; quia illa non est ad salutem necessaria, estque obnoxia multis irreverentiis tanti sacramenti, quibus proinde non debet præponderare parva gratia, utpote, facile aliunde recuperabilis.

Deinde ideo præcisè species conferuntur gratiam, quatenus continent Christum, & eas sumentes Christum, sumunt, eique ununtur; atqui sub altera tantum specie æquè totus ac integer Christus continetur ac sumitur quem sub utraque: ergo æqualis per se confertur gratia, sive una tantum, sive utraque species sumatur; consequenter Laicus injustè conqueritur adversus sacerdotem sub utraque specie communicantem: idque propter sacrificium complendum, ad Laicum omnino impertinens.

### CONFERN TIA XXII.

102. **M**Oribundus provisu à Parocho moritur priusquam Hostiam deglutiverit: Quæritur ergo, an effectum sacramenti acceperit.

Be.

**R.** Non accepisse. Ratio est: quia Ioa. 6, promittitur hic effectus manducantibus; *Qui manducat me, vivet propter me*: Sed iste infeliciter provisus non manducavit: etenim si alium citum ad os sumpsisset, eumque ante trajectionem in stomachum rejecisset, mansisset jejunus. Igitur non accepit gratiam manducantibus promissam. Unde infirmis Viaticum denegari debet, qui illud deglutire non possunt.

## CONFIDENTIA XXIII

**Q**uidam Canonicus pe ijt à Sacrista qui sō-  
 ebat: pinseret hostias, ut crassiores pinseret 103.  
 utique tardius consumendas, erat enim hujus  
 opinionis gratiam augeri, quamdiu species  
 manent incorruptæ in stomacho: an pruden-  
 ter.

**R.** Mihi videri hanc postulationem fuisse  
 minus prudenter. Ratio est: quia secundum  
 veriorē SS. Eucharistiæ Sacramentum causas  
 suum effectum in primo instanti completæ  
 manducationis, nilque post: neque enim man-  
 ducare dicimur post semel deglutitum cibum,  
 et si eum contineamus in stomacho. Deinde  
 superstitiosum est putare, eo majorem esse vir-  
 tutem Sacramenti, quo plures vel majores su-  
 muntur species: unde Inquisitores solent con-  
 tra id facientes procedere tanquam suspectos  
 de errore; ne scilicet novus mos, aut supersti-  
 tio in Ecclesiam introducantur.

E

CON.

## CONFERENTIA. XXIV.

104.

Solent in Religionibus Fratres juniores Superioribus natalizantibus in signum gratulationis offerre certum numerum Communio-  
num: Quæri ergo potest, an Communio sit  
revera alijs communicabilis instar Sacrificij, an  
vero solis sumentibus proficua.

R. Quando pii communicant pro alijs vivis  
aut defunctis, non applicant illis Communio-  
nem, ut illis valeat ex opere operato, sed ap-  
plicant ipsis solum effectum Communio-  
nis satisfactorium vel impetratorium ex opere ope-  
rantis, quatenus scilicet ipsa Communio est opus  
meritorium satisfactorium. Ratio est: Quia  
Sacramentum Eucharistiæ operatur suos effe-  
ctus per modum cibi spiritualis: Cibus autem  
per se solum prodest comedenti, non alijs, igitur  
&c. Pro meliori hujus intelligentia sit.

De Valore & fructibus Sacrificij  
Missæ.

105.

## CONFERENTIA. XV.

Sacerdos quidam legit, alium esse fructum  
Sacrificij meritorium, quo scilicet celebrans  
in statu gratiæ existens meretur augmentum  
Gratiæ Sanctificantis in præsentem, & gloria  
in futuro: alium satisfactorium, quo satisfacit  
pro peccatis temporalibus debitis peccatis jam  
remissis, alioquin in hac vel altera vita luendum

alium

alium denique *impetratorium*, quò impetrat à Deo beneficia spiritualia vel temporalia, ut proinde pluribus prodesse possit per sua sacrificia quotidiana, uni applicat fructum meritorium, alteri satisfactorium & tertio impetratorium, an bene.

RESOLUTIO prima: Primus fructus meritorium totus est ex opere operantis, & non ex opere operato Sacrificij. Est *Comm. DD.* Ratio est: alias enim quoad hoc sacrificium non differret à Sacramento, quo solo ex opere operato confertur gratia sanctificans.

RESOLUTIO secunda: Fructus satisfactorius, & Impetratorius in sacrificio principaliter est ex opere operato. Ratio est: quia per se institutum est ad satisfactionem pro peccatis, & ad impetranda bona animæ & corporis salutaria.

RESOLUTIO tertia: utrumque fructum, satisfactorium & impetratorium, potest sacerdos applicare alteri, non item meritorium. Ratio est: quia solus Christus alteri gratiam sanctificantem mereri potest, non itaque etiam sacerdos ex opere operantis.

### CONFERENCE. XXVI.

Pœnitens in Sacramento pœnitentiæ accipit pro satisfactione multa Rosaria, aut jejunia sibi molesta, & ideo loco eorum fecit offerri unum vel alterum sacrificium, quis audivit, hoc ex opere operato satisfactorium esse pro peccatis remissis: an recte. E 2 RE.

**RESOLUTIO :** Non quovis sacrificio, tota poena peccatis confessis debita, ex toto remittitur, sed certa tantum pars juxta Christi determinationem, ideoque quia hæc determinatio nobis non constat, oportet nos etiam alia pia opera peragere, quibus residuum poenæ restantis deleatur, præcipue poenitentiam in Confessione impositam, ad quam peragendam ex obedientia obligamur, nisi certo constaret nos indulgentiam plenariam obtinuisse. Ita Communis.

### CONFERENTIA. XXVII.

190.

**C**apellanus debitor 100. Missarum pro defuncta legendarum, ut se citius expediat, præter fructum specialem defunctæ debitu n, ipsi insuper applicat suum proprium, sive specialissimum eiusque tres portiones taxat pro æquivalenti fructu speciali, atque adeo credit se tribus sacris satisfacere quatuor, & per consequens sexaginta septem centenis: Non absque quæritur, an id cum bona conscientia præstiterit.

**RESOLUTIO :** Etsi non desint Auctores, puta, *Fillucius, Malfesius, Naldus*, alique, qui Capellano assistant, contrarij tamen sunt *Suarez, Lugo, & Thom. Tamburinus* apud patricium hic cap. 4. num. 225. & c. cap. 5. num. 363. Ratio autem est: quia per incertum non satisfit certo; incertum autem est, an fructus specialissimus sacerdoti debitus possit alteri applicari.

plicari, & obligatio Capellani est certa propter acceptum stipendium: Igitur &c. Deinde inter propositiones damnatas ab Alexandro VII. Octava est: *Duplicatum stipendium potest Sacerdos licite accipere, applicando petenti partem etiam specialissimam fructus ipsimet Sacerdoti correspondentem.* Quod si autem portio specialissima applicabili esset alteri (in proposito defunctæ) pro illa utique posset aliquid recipi loco stipendii: itaque mens Pontificis est, eam non esse sic applicabilem. Tu sequere meum quondam Lectorem P. Patricium ubi *sup. cap. 4. Si Sapis Sacerdos, semper retine tibi ipsi, ut puta fructum specialissimum, etiam quando accepto stipendio pro alio celebras.*

## CONFERENTIA XXVIII.

Superior in Tabula Missali ponit Sacerdotem subditum, ut celebret pro defunctis; hic autem volens gratificari Amico, differendo intentionem Superioris in alium diem: *Quæritur, num portio media seu specialis possit defunctis vel amico, facile.*

*R. Prodesse amico. Ratio est: quia in potestate celebrantis est applicare fructum sacrificij, non superioris: est enim minister Christi, in cuius persona sicuti sacrificat, ita & sacrificium applicat, juxta illud in Ordinatione accipe potestatem offerendi Sacrificium pro vivis & defunctis, igitur & eius fructum applicandi.*



## CONFERENTIA. XXIX.

112. **M**ercator dives timens, ne forté hæredes ipsius obliviscantur post mortem, curat in vivis pro se legi Requiem: Quæritur, an sit practicandum.

ꝛ. Non videri practicandum. Ita *Laym. contra Navar.* Ratio autem est: quia Sacrificium confert suum effectum, quando factu existit, nec potest illum suspendere in futurum: alias certe posset sacerdos applicare fructum Missæ satisfactorium pro nunc actu pescatore, ut ipsi proveniat: quando à peccato justificatus erit, item pro infante, vel alio homine non indigente, ut ipsis eveniat, posteaquam in peccata lapsi fuerint, quæ utique absurda sunt, ac contra omnem Ecclesiæ praxin: igitur &c. Deinde citra mendacium non potest in collecta diei pro defuncto famulo tuo &c.

## CONFERENTIA. XXX.

113. **H**odie proposuisti, crastina celebrare, pro defuncta, cujus propositi cras immemor celebras ad intentionem petentis: Quæritur, an petens obtineat fructum sacrificij, an vero defuncta? Ratio dubitandi est, quia qui prior tempore prior jure: prior autem non erat intentio celebrandi pro defuncta, igitur &c.

ꝛ. Posteriolem intentionem valere præ prima. Ita *Lugo*, & ratio est clara: quia ista existit actualiter, illa vero solum habitualiter tanquam nondum revocata: plus autem haud

dubie operatur actualis quam habitualis : Cum ergo hæc cum illa non consistat , illa cedat, est necesse. Ad rationem dubitandi. &c. Ex ea tantum sequi, quod, si Sacerdotis menti occurrisset hesternæ intentio, debuisset eam præponere hodiernæ.

CONFERENTIA XXXI. 114.

Vasq. 3. p. dist. 121. e. 6. docet, fructus Sacrificij non posse separari ab invicem : Unde quæritur, an liceat Sacerdo. i eos aliquando dividere.

RESOLUTIO : De facto per sæpe contingit separari fructum satisfactorium à merito : patet, nam quando offers Sacrum pro existente in peccato mortali, prodest illud ei quoad vim impetrandi, at non quoad vim satisfaciendi, neque enim remittitur pœna peccatis debita, nisi prius remissa culpa, cur ergo idem non liceat intentione Sacrificantis ? & vel maxime quando non habet obligationem celebrandi, vel etiam, si iubearis à Superiore offerre Sacrificium in gratiarum actionem pro aliquo beneficio à Deo obtento ; potes utique idem Sacrificium quoad fructum satisfactorium pro aliis vivis & defunctis offerre, illis v. g. pro quibus Sacrum hebdomadarium offerre debes.

Ad quid licet in casu, quo obligaris facere Sacrum ex Justitia pro stipendio accepto, ad certam aliquam intentionem, tunc certe to-

rum fructum, cuius est capax petens, tenerit ei applicare. Ita com. DD. & Ratio est: quia sensus & intentio omnium fidelium pro missa stipendium deponentium est, obtinere omnem fructum ex operato, tam impetratorium, quam satisfactorium, imo etiam ex opere operantis ordinarium proveniente, ideo enim plerique quaerunt devotioem, ex quo plus sperant de fructu ex opere operantis.

116. CONFERENCE. XXXII.

Sacerdos liberaliter & gratuito, pro vinculo natalitio offert Natalizanti unum, vel plura Sacra, sperans exinde aliquam remunerationem, quae emanet, quaeritur ergo, an talis sub peccato teneatur servare promissum. Ratio dubitandi est, quia in re gravi violare fidelitatem est utique grave peccatum.

¶ Offerente (nisi expresse intenderit se graviter obligare) omittendo sacrum vel sacra oblata, nullo modo peccare. Ratio est, quia promissio liberalis, etiam in re gravi, non causat obligationem gravem ultra intentionem promittentis, in casu autem proposito intentio promittentis est, se non obligare ad Sacrum legendum, nisi detur remuneratio, igitur hac emanente nulla amplius manet obligatio non obstante gravitate rei oblatae. Itaque ad rationem dubiand. ¶ Promissarium in hoc casu conqueti non posse de non servata fidelitate, quia ipsi nihili constat.

CON.

CONFIDENTIA. XXXIII.

Parochianus in gravi necessitate existens pe-  
tit à Parocho aliquot Sacra, vel pro defuncto  
recens mortuo; ille autem ea diu differt, le-  
gendo interim alia Sacra prius postulata, de-  
posito pro utriusque stipendio solito: Quæri-  
tur, an sine peccato? 117.

RESOLUTIO: Cæteris paribus per se  
prius legenda sunt, Sacra prius petita, per acci-  
dens autem propter præsentem necessitatem  
peccat Sacerdos ea præponendo, quæ non  
sunt tantæ necessitatibus. Ratio est: quia tunc  
injustè privat petentem fructu magno, ac per-  
quam necessario, v. g. puerperio laborantem,  
aut defunctum in Purgatorio patientem, quo  
non privat alios quantumvis priores, ut sup-  
ponitur. Itaque plura sacra, quam legi  
possint, acceptari nequeunt absque gravi  
peccato, nisi acceptans ea, faciat per alios  
legi.

Sed potestne tunc sacerdos retenta sibi  
parte stipendii Missam alteri committere, & 118  
Quando stipendium datum est majus justo vel  
solito, ita ut parte retenta, alteri sacerdoti ce-  
lebranti remaneat adhuc justum stipendium  
dari solitum, v. g. ex medio floreno 20. cru-  
cigeri, si tunc alter sacerdos sponte & liberè  
consentiat in minus stipendium, poterit re-  
siduum sibi servare prior sacerdos. Dixi autem,  
sponte & liberè consentiata, nam si sacerdos ege-

nus necessitate compulsus aliunde non possit  
habere Missas, nisi hoc à domino è stipendio ac-  
ceptas, non sine involuntario admixto, tu  
non liberaberis à peccato iniustitiæ ac turpi  
quæstus onereque restitutionis, sicut nec in  
simulacris. Etenim quæro; et majus  
iustum stipendium datum est tibi præcise pro  
Missa; vel ex speciali effectu erga tuam personam  
aut beneficium? si posterius, habes titulum  
sufficientem tibi reservandi partem stipendij,  
si autem prius, certe nullum titulum allegare  
potes iustæ reservationis, quia Missam non  
legis. Audi propositionem nonam inter dam-  
natas ab alexandro VII. *Post Decretum Verba  
ni VIII. post Sacerdos, cui Missa legenda tra-  
duntur, per alium satisfacere, collato illi minore  
stipendio, alià parte stipendij sibi retentâ.*

#### CONFERENTIA. XXIV.

#### Pro solatio Scrupulo- rum.

119.

**S**acerdos scrupulosus, non obstante quo-  
ante Sacrum fecerit intentionem consecran-  
di panem & vinum apposita vel apponenda  
juxta Christi institutionem & intentionem  
Ecclesiæ; suumque sacrificium applicandi qui pe-  
runt, deditque stipendium: vel illi, cui antecede-  
ret, gratuito promisit: vel ei, cui vult superius

prodesse tale sacrificium, nihil ominus per distractionem immemor istorum sub ipsa Missæ oblatione, in fine anxietur, (dubitatque an satisfecerit suæ obligationi per omnia. Quaritur ergo; quid solatii tali misello dandum?

Ex Patricio nostro hîc p. 2. c. 5. à n. 337.

122  
Intentionem, tam generalem offerendi ad cultum DEI, quàm particularem utramque (consecrandi & applicandi fructum Sacrificii) utriusque optimam ac utilissimam esse actualem explicitam habitam tempore Consecrationis; eam tamen necessariam non esse, sed omnium consensu sufficere intentionem virtuales, nimirum virtute intentionis actualis præhabitæ, & nunquam revocatæ, adhuc in operatione moraliter perseverantem, moventem, & influentem in præsentem actum Consecrationis, Oblationis, &c. ut nimirum verè moraliter ideo nunc fiat Consecratio vel Oblatio, quia quis antea intendit & voluit. Quod adeò verum est, ut ex Cajetano, Suarez & aliis, rectè moneat Tamburinus opusc. de Sacrificio l. 12. c. 1. §. 2. n. 8. non esse consuetum, ut tempore Consecrationis eliciat quis intentionem actualem in actu signato v. g. dicendo *Iam volo consecrare, & facere, quod ecclesia &c.* sed longè melius esse, ut tunc cogitet de sensu verborum, & ipso mysterio à se conficiendo: sicque in persona Christi, & velut ex ore Christi devote sacra verba pronuntiet: hoc etiam ipse jam habet in actu exercitio intentionem actualem.

actualem optimam, & sufficientissimam consecrandi, licet etiam alia intentio actualis non præcessisset. Quod, quæso, notent morosi scrupulantes.

121. Est autem intentio consecrandi necessaria virtualis, n. præced. explicata: defectu cuius vis unquam contingere potest, quod Consecratio Hostiæ principalis sit invalida cum etiam implicitè sufficiat: habet enim virtutalem, saltem implicitam, omnis ille, qui ratione præditus inquit se vestibus sacris, procedit ad altare, utique cum proposito ac voluntate dicendi Missam: quid ergo an plus requiritur?

122. Dixi autem, *Hostia principalis*, scilicet pro ipso officio consecrandæ: secus sine dubio est de particulis pro communicantibus consecrandæ: nam proposito illo generali missam celebrandi, dum induis sacras vestes, & ad altare procedis, nullo modo, ne implicitè quidem, involvitur intentio consecrandi illas: unde si te incio positæ sint super altare non evadent consecratæ.

123. At verò ad applicandum fructum Sacrificiè verius est sufficere intentionem habituales, nimirum semel habitam & non revocatam. Ita *Communis DD. Suar. Bonacii. &c.* Estque communis praxis omnium, qui credunt se validè applicasse fructum Sacrificiè, si præcedenti die applicent, eamque voluntatem non

revocent, etiam si postea tempore Sacrificii nil  
amplius de hoc cogitur. Ratio autem (& simul  
disparitas ab intentione consecrandi) est:  
quia intentio consecrandi debet esse effectiva  
Sacramenti; ideoque necessario saltem virtualis;  
at vero intentio applicandi fructum Sacrificii  
minimè debet esse effectiva fructus illius,  
sed ipsum Sacrificium rite oblatum confert  
fructum ex opere operato, etiam cum Sacerdos  
nulli applicat talem fructum: ex opere  
operato, etiam cum Sacerdos nulli applicat  
talem fructum: igitur ad hanc sufficit intentio  
habitualis tantum. Atque hæc solito prolixius  
in gratiam misellorum illorum, quibus  
Missa purgatorium est, quique in ea se sine  
merito cruciant, dum proprio suo iudicio nixi  
& amore nimio, doctorum ac prudentum hominum  
consilia negligunt, ac tandem plus sapere  
volentes, quam sapiant, desipere incipiunt  
*serupulosi.*





## TITVLVS IV

De Sacramento Pœnitentia.

CONFERENTIA. I.

De essentia Sacramenti Pœnitentiæ.

124.

**S**tudiosus Theologiæ obiter audivit ex suo Professore, in sententia Scotistarum sacramentum Pœnitentiæ consistere essentialiter in sola Absolutione Sacerdotis legitimi, non vero in Confessione: ideoque accessit ad Confessarium Franciscanum, ab eoque petiit absolutionem sacramentalem: & dum Confessarius requireret prius Confessionem dolorosam faciendam. *Re. dir.* Studiosus, se fore contentum, si possit habere essentiam Sacramenti Pœnitentiæ, quæ apud Franciscanos in sola absolutione comprehenditur. Quæritur ergo, an hic Studiosus prudenter Theologie egerit: & quid ipsi fuerit explicandum à Confessario?

**RESOLUTIO:** Sicuti ineptus quis perent ostendit

*De essentia Sacramenti Pœnitentiæ 79*

ostendi sibi hominem absque capite, manibus  
ac pedibus, ita hic Studiosus inepte petit  
Sacramentum Pœnitentiæ absque Confessio-  
ne & Contritione: etenim sicut homo dari ne-  
quit sine partibus integrantibus (non obsta-  
te, quod hæc non sint de essentia hominis, ita  
non potest dari Sacramentum Pœnitentiæ abs-  
que Confessione dolorosa, licet ejus essentia  
consistat in sola Absolutione, quia Confessio  
& Contritio sunt ejus partes integre, aut  
certè conditio sine qua non. Itaque malè in-  
formatus Studiosus debuit æquè apud Confes-  
sarium Franciscum deponere suorum pecca-  
torum Confessionem dolorosam, ac apud alium  
alioquin sine Absolutione dimittendus.

**De examine ante Confes-  
sionem.**

**CONFERENTIA II.**

**R**usticellus ingressus Ecclesiam, in salutato  
Venerabili Sacramento, immediate acce-  
dit Confessionale dicens ad Confessarium,  
Domine Pater vellem confiteri, examines  
me, ne aliquid oblivione sepultum maneat.  
Quæritur, an Confessarius teneatur illum ex-  
aminare, an verò dimittere, ut ipsemet confes-  
sionem suam examinet.

RE.

RESOLUTIONEM dat Cone.  
 Trid. sess. 14. c. 5. his omnino verbis : Ex his  
 colligitur oportere à fidelibus omnia peccata mor-  
 talia, quorum peccat diligentem sui discussionem consci-  
 entiam habent, in Confessione recenseri. Ecce,  
 vides requiri diligentem conscientie discussionem;  
 quomodo ergo hic Rusticellus potuit integre et  
 recte confiteri, qui nil minus, quam de pecca-  
 tis suis cogitavit; dimittendus proinde talis  
 est, ut se prius examinet, nisi tam rudis sit,  
 ut proprio studio id facere nequeat: aut salu-  
 tis suæ tam incurius, ut, ad Confessionem  
 redire non velit. Neque enim ullo modo to-  
 lerandus est abusus quorundam, qui nil vo-  
 lunt confiteri, nisi quod interrogantur; hoc  
 namque tantumdem est, ac velle tacere peccata,  
 quæ non interrogantur; quod utique idem  
 est, ac esse indilpositum ad Absolutionem.

### CONFERENTIA III.

126. **M**ulti solent se accusare de malis cogi-  
 tationibus, quodque fuerint immo-  
 desti; an hi sufficienter conscientiam exa-  
 minarint?

R. Hunc modum se examinandi, esse  
 valde rudem ac inanem; quid enim Confes-  
 sarius inde colliget? fortè quòd Turcarum  
 Soldano volueris nasum amputare: aut pro-  
 ximo, crucem aut furcam opraveris, an in-  
 sta.

star stabularij plateam percurreris ; hæc enim omnia mala ac immodesta sunt : indagare ergo & te oportet speciem cogitationum, actionumque tuarum, an scilicet fuerint carnales, vindicativæ, iracundæ, &c. an actiones contra castitatem, humilitatem, &c.

## CONFIDENTIA. IV.

**Q**uidam confitetur, se in priori Confessione oblitum trium fornicationum, unius adulterij, & duarum ebrietatum, quærit itaque, an debeat totâ priorem Confessionem repetere, &c. Si hæc oblivio contigerit ex defectu sufficientis examinis, omnino repetendam fore priorem Confessionem, ac insuper negligentiam, quæ fuit causa sacrilegæ Confessionis. Ratio est clara, quia omisit id, ad quod sub peccato mortali obligabatur, utpote se examinare diligenter omisit confiteri ea peccata, quæ tenebatur confiteri : ergo confitendo peccavit mortaliter, fecitque Confessionem irritam ac nullam adeoque obligatur non tantum confiteri peccata oblita, sed etiam confessa, & insuper obicem invalidæ Confessionis, quæ fuit negligentia examinis conscientiæ requisiti. Sed quid. CONFIDENTIA. V.

Si quis post diligens examen oblitus fuerit unius vel alterius peccati mortalis, an & talis teneatur repetere priorem Confessionem saltem alteri Confessario factam ? Ratio dubitandi est ; quia *Conc. Trid. sess. 24. c. 5* dicit :

F

Esa

Ecclesia semper intellexit institutionem esse a Domino integram peccatorum Confessione.

¶ Illum, qui ex oblivione inculpabili, vel etiam alia iusta de causa, omittit aliquot peccata mortalia confiteri, non teneri alia iam confessa repetere, etiamsi alii Confessario confiteatur. Ratio fundamentalis est, quia prior confessio fuit valida, eò quòd confitens fecerit, quantum ab eo desiderari poterat, ac consequenter fuerunt ei omnia peccata dimissa confessa quidem directè: neque enim unum absque altero dimittitur. Unde ad rationem dubitandi. ¶ Idem Conc. loco cit. docere per se quidem requiri integritatem materialem omnium omnino peccatorum mortalium à parte rei commissorum, at vero per accidens saepe quoque sufficere integritatem tantum formalem, cui non obstat omissio inculpabilis peccati mortalis: *Sic enim: Neque enim aliud à penitentibus exigitur, quam, ut postquam quis diligentius se excusserit, & conscientiae suae siue omnes & latebras exploraverit, ea peccata confiteatur, quibus se Deum suum mortaliter offensus se meminerit.* Hinc facile solvantur seq. Conferentiae hujus materiae.

#### CONFERENTIA. VI.

229. **O**blivius senex accusat se in Confessione de peccato luxuriae, vel furti mortalis in pueritia patrari, & hastenus nunquam memoriae occurrente, non obstante quòd diligenter semper

*Excusat à materiali integritate Conf. 83*

per conscientiam discussit ante præteritas Confessiones, an teneatur præcedentes Confessiones repetere.

¶. Non teneri. Ratio est? quia omnes ratione formalis integritatis validæ fuerunt ac fructuosæ.

CONFERENTIA VII. 130.

Protervius dedit causam oblivioni aliquos peccatorum mortalium, vel ex ignorantia culpabili commisit certum peccatum: dum vellet autem confiteri, involuntariè peccatorum illorum obliviscitur, adeo ut libenter omnia confiteretur, si memoriæ occurrerent, an excusetur ab integritate materiali Confessionis.

¶. Excusari. Ratio est, quia licet eius culpabilis fuerit oblivio in sua radice, non tamen hic & nunc.

CONFERENTIA VIII. 131.

Repundius ægrotans, uno alterove peccato confesso, deficit loquela: vel destruitur sensibus, aut certe periculum est, ne sic deficiat, an sit absolvendus priusquam omnia peccata enarrat.

¶. Esse securè absolvendum. Ratio est, quia impotentia physica eum excusat ab integritate materiali Confessionis, habetque integritatem formalem, quæ sufficit.

CONFERENTIA IX.

Strenuus miles jaculo tactus vocat Confes. 132. sarium, qui ex confessione primi peccati ad-

vertit Strenuum multas confessiones invalidas fecisse. nec vulnus pati dilationem: quid faciendum.

R. Debere ex eo expiscari, quæ commodè potest, & interim absolvere, ob eandem rationem.

## CONFIDENTIA. X.

133. Pugil in duello corruens petit Confessorem, isque adueniens reperit illum & loquela & sensibus destitutum: an possit nil confessum absolvere.

R. Securè: quia adest Confessio virtualis, eo quod Confessarium vocaverit.

134.

## CONFIDENTIA. XI.

Mossitus Gallus idiomatis Latini & Germanici ignarus accedit Confessorem Teutonem, tempore, quo urget præceptum, vel necessitas confitendi; exprimitque signis unum vel alterum peccatum, cum omnia significare non sciat, aut certè Confessarius non intelliget: an possit absolvi:

& Posse indubiè, quia & hunc impossibilitas physica excusat ab integritate materiali Confessionis. Idem sentiendum de muto aut surdastro, qui, cum omnia exprimere nequeant expriment quantum possunt, nisi forte literis confiteri possint.

135.

## CONFIDENTIA. XII.

Multi subito manifesto periculo vitæ exponuntur in naufragio: allis idem periculum im-

mi-

minet ex improvisa hostium irruptione , an possint omnes simul absolvi.

R. Posse , dummodo signum aliquod doloris exhibeant , vel certe singuli unicum tantum peccatum confiteantur , ob eandem rationem.

CONFIDENTIA. XII.

315

Parochianus Pœnitens rationabiliter timet ex expertis , peccatum suum à Confessario fore revelandum , ex quo prævidet gravem suam infamiam , inimicitias , rixas , vel etiam sanguinis effusionem , item Hipschella foemina , vel Pulchrius Masculus , ex peccato carnali confesso , sibi vel Confessario timer periculum ruinæ , ne forte sollicitetur à Confessario ad simile peccatum , an teneatur ad integritatem materialem Confessionis.

R. Non teneri. Ratio est impossibilitas morâlis , quia præceptum divinum de integritate materiali Confessionis non censetur obligare cum tanto incommodo , sed debet cedere præceptis legis naturalis de conservanda propria & aliena vita , fama , avertendis damnis gravibus , &c.

CONFIDENTIA. XIV.

Pœnitens novit suam fragilitatem , quod , quando diu immoratur examinando peccata sua carnalia , soleat in ea denuo relabi , similiter Confessor idem timer ex frequentioribus interrogationibus de rebus turpibus an teneatur

F 3

neantur



neantur ad exactum examen, & integritatem  
materiam Confessionis.

138. &. Neutrum obligari ad materialiter inte-  
gram Confessionem propter moralem impo-  
nitum.

### CONFERENCE, XV.

Expositus Sacerdos ex diuturniori mor-  
eum pestifero Poenitente advertit sibi imminere  
periculum contagionis, an teneatur audire to-  
tam Confessionem.

&. Negative, ob eandem rationem: Sed  
potest audire uno vel altero peccato poeniten-  
tem de omnibus dolentem absolvere.

### CONFERENCE, XVI.

139. Ancilla peccat cum Capellano, quæ si id  
Parocho Domino suo in Confessione aperuerit  
Capellanus male tractabitur, odium incurret,  
&c. an teneatur ei hoc peccatum prodere, si  
ex eius confessione Parochus timeatur cogno-  
sciturus, id Capellanum suum fecisse,

&. Non teneri, ob sæpe datam rationem.  
Cæterum in huiusmodi casibus observandum  
est, eos solum procedere, quando non adest  
alius Sacerdos; cui peccata integrè explicari  
possint? & simul subest rationabilis, ac ur-  
gens causa faciendi Confessionem? ut puta si  
urgeat præceptum sumendi Eucharistiam, im-  
mineat periculum mortis, aut infamiae ex o-  
missione Confessionis; aut si poenitens per hoc  
privaretur magna utilitate, v. g. jubilæo, sin-  
dulo.

dulgentijs, &c. alioquin differenda est Confessio, præsertim dum speratur brevi copia alterius Confessarij,

CONFERENTIA XVII.

140.

Pœnitens non potest confiteri absque eo, qui de complicem Confessario notum revelet, ac quoque infamet? an non possit tale peccatum reticere.

R. Dent primò *Marsii. Armilla, Canus; Valenti & Navar.* talem poss. & debere reticere hujusmodi peccatum. Ratio eorum est; quia præceptum non infamandi proximum apud Confessarium, est naturale; alterum autem de integra Confessione facienda est positivum tantum, ergo hoc debet illi cedere. Bene; sed melius ac tutius.

R. Dent secundò *D. Thom. Bonav. Alensis, Antonii, & RR. communiter.* Pœnitentem in tali casu teneri ad integram Confessionem cum complicitis manifestatione. Ratio est: quia licet ut de jure naturæ non infama e proximi innocentem, qui se licet habet jus ad suam famam, id tamen verum non est de complice, qui eo ipso, quod peccaverit cum altero, sciens eum id necessario confiteri debet, censetur cessisse jur suo, quoad hanc famam in ordine ad Confessionem tam tuam quam alterius

rius cum quo peccavit? supposito tamen, quod non possit haberi alius Confessarius, cui complex ignotus sit.

141.

## CONFERENTIA, XVIII.

**C**haritas puella ordinariè confitetur, uni Sacerdoti amato per plures annos semper invalidè tandem in quadam Concione tacta venit ad eundem Amatum, confessura generaliter à prima Confessione invalida: Quæritur an Charitas teneatur repetere omnes Confessiones priores Amato invalide factas.

R. Si Confessor Amatus habeat memoriam peccatorum alia sibi confessorum, saltem in specie; vel certè notitiam status Charitatis, sufficere Charitati sub compendio se ita accusare: Reverende Domine, accuso me de omnibus peccatis, quæ tibi hætenus fui confessa à prima mea invalida Confessione, tali tempore facta, usque ad hoc: Superaddendo tamen alia; quæ data opera omisi, quæ sunt sequentia, &c. Et in super tot Confessiones irritas, ac indignas Communiones. Ratio est: quia illa integritas sufficit ad Confessionem, per quam Confessarius sufficienter venit ad notitiam cause Rei, sed hoc fit per talem Confessionem, ut supponitur; igitur.

CON.

CONFIDENTIA XIX.

142.

**C**onfessarius fuit praesens Poenitenti sese inebrianti i litiganti, impudicitias tractanti &c. An possit eum absolvere absque ulteriori Confessione?

**R.** Notitiam quam habet Confessarius extra Confessionem, esse ipsi, ut Judex est sacramentalis, omnino per accidens: nec enim habet eam ut Judex, sed ut homo privatus; deo que requiritur, ut Poenitens, impudicitias, &c. quae coram vidisti, juxta modos & circumstantias tibi notas: quia si Confessarius venit in notitiam status Poenitentis per viam sacramentalis judicii,

143.

CONFIDENTIA, XX.

**T**urca vel Judaeus baptizatus, in prima Confessione sacramentali se accusat de plurimis peccatis ante Baptismum commissis, & insuper quod habuerit concubinam, quam vult proximè dimittere, vel certè in uxorem ducere: Queritur ergo, an & quomodo possit, ac debeat absolvi à Confessario.

**RESOLUTIO:** Non potest absolvi à peccatis ante Baptismum commissis, quia haec non sunt materia Sacramenti poenitentiae, cum secundum Apostolum Ecclesiae non judicet de his, qui foris sunt: debet autem absolvi ab obice, scilicet carentia doloris debiti de peccatis ante Baptismum patratibus, quae fuit causa, quod per Baptismum non obtinuerit remissionem

nem peccatorum. Ratio est: quia licet peccatum illud obicit (concupinatus) inchoatum fuerit ante Baptismum, tamen fuit consummatum post Baptismum, ideo est materia absolutionis sacramentalis, quâ obtrâ, vi Sacramenti Baptismi reliqua remittuntur, quæ non fuerunt remissa propter obicem.

## De materia remota Sacramenti Pœnitentiæ.

### CONFERTIA XXI.

**M**atercula accedens Confessionale sic confitetur: *ô Domine Pater, ego sum senecula, sola in domo absque liberis, non habeo cui irascar aut quocum contendam; non soleo jurare, minus blasphemare; & ideo aut laborare aut oro; nunquam soleo committere Sacrum delictum; doleo itaque de omnibus peccatis meis & peto humillime Sacerdotalem Benedictionem; Merito ergo quaeritur, an & qualiter absolvi possit,*

**RESOLUTIO:** Cùm certum sit apud omnes, peccatum mortale post Baptismum & nunquam adhuc Sacramento Pœnitentiæ subiectum esse materiam necessariam huius Sacramenti: sufficientem, non tamen necessariam materculam non posse absolvi, nisi fateatur vel aliquod peccatillum veniale, vel saltem mortale

mortale jam olim confessum : ad quod proinde  
confitendum, suaviter induci debet cum novo  
dolore, aut certè cum *Misereatur, & Indulgentiam*  
*&c.* absque ulteriori Absolutione, in no-  
mine Domini dimitti. Ita omnes.

CONFERENTIA XXII.

149.

**A**lius advocat suum ordinarium Confessa-  
rium die Indulgentiarum, eique con-  
fiteretur dicendo Pater quia ab ultima mea Con-  
fessione non memini alicujus peccati, accuso  
me de omnibus peccatis meis ante hac  
Reverentiæ vestræ confessis ac notis, de iisque  
de novo doleo : Queritur ergo, an possit denuo  
absolvi : Ratio dubitandi esse potest, quia pec-  
cata jam sæpius remissa non videntur posse  
iterum remitti.

**RESOLUTIO :** Talis Pœnitentis  
Confessio & laudabilis & optima est, ut potè à  
piis mentibus per Confessiones generales pra-  
cticata : & ex communi doctorum Confessario-  
rum praxi approbata, qui in defectu materiæ  
sufficientis ( ut absolutionem valeant imper-  
tit ) inquirere solent de peccatis jam confessis.  
Unde ad rationem dubitandi. *q.* De ratione  
absolutionis non esse, quòd actu semper remit-  
tat peccatum sed quòd per gratiam, quam  
confert, si ejus remissiva : quod patet in eo  
Pœnitente, qui ante absolutionem veram con-  
tentionem elicit, adeoque peccatorum remis-  
sionem obtinuit ex opere operantis : sicut ergo  
pec.

peccatum mortale ante Confessionem per  
conditionem delictum, materia est, non tan-  
tùm sufficiens, sed etiam necessaria hujus Sa-  
cramenti, ita etiam peccatum jam legitime  
confessum ac remissum per Sacramentum. Al-  
merito

46. Dices: In alii Sacramentis forma non potest  
cadere bis super eandem materiam; ergo nec  
in sacramento Pœnitentiæ.

ꝛ. Peccata secundum se non esse materiam  
proximam sacramenti Pœnitentiæ, sed Con-  
fessionem dolorosam eorundem ubi ergo est  
nova Confessio, ac novus dolor, nova quoque  
materia proxima adest; licet materia remota  
eadem sit.

### CONFERENTIA XXIII.

47. Simplicianus confitetur peccata mere dubia  
Sic ut confessarius certitudo diritaliter colligere  
nequeat ex ullis circumstantiis aliquod pec-  
catum: quid agendum tunc Confessario, ꝛ.  
Vel Simplicianus assertit sola venialia dubia  
talia, de quibus certum est, non esse mortalia,  
dubium verò an sint venialia, & tunc dimitten-  
dus est absque absolutione, nisi velit aperire  
aliquod peccatum certum saltem veniale, vel  
mortale confessum: vel sunt dubia mortalia,  
de quibus scilicet dubitatur, an sint mortalia,  
necne: & tunc inducendus, ut confiteatur ali-  
quod peccatum certum veniale, non mortale

con-

confessum olim, & sic absolvendus est absolute. Quod si hoc convenienter fieri non possit, ut si instet periculum mortis Pœnitentis, absolvatur sub conditione. Quod si nullum instet periculum pœnitenti & Sacerdos advertat, illū ex mera simplicitate non posse aliquod certum peccatum pandere, potest non minus sub conditione illum absolvere. Si denique advertat id ipsum ex malitia, pertinacia, aut hypocrisis reticere, tunc tanquam indispositus dimittendus est sine Absolutione, idque ei significandum. Ratio horum omnium est: quia forma sacramentalis non est cum conditione proferenda, nisi sit periculum aliquod damni spiritualis in Ministro aut in pœnitente, quod aliter commode evitari nequeat: quando autem peccata dubia sunt venialia tantum, certum est non imminere tale periculum: si vero sunt mortalia cum circumstantiis jam recensitis, tale periculum est: igitur.

### CONFERENTIA. XXIV.

**A**Rdentius confessis peccatis suis excitat in se amorem Dei super omnia, [atque] ita absolvitur: an valide.

℞: Licet secundum communissimam, Theologorum sententiam, ad valorem Sacramenti Pœnitentiæ requiratur ut pars essentialis, aut saltem integralis necessaria dolor formalis



malis de peccatis, nec sufficiat virtualis tantum an alio actu inclusus, quia tamen moraliter vix fieri potest, quin confessarius, adeoque de peccatis suis actu cogitans, si eliciat actum amoris Dei super omnia, non etiam formaliter doleat de peccatis suis, Ardentiam valide absolvi. Ita noster patric. part 3. Theol. sacram cap. 2. n. 79.

## CONFIDENTIA. XXV.

Pœnitens, dum confitetur, habet voluntatem imposterum non peccandi amplius, adeoque dolorem implicitum de peccatis commissis: an is sufficiat ad Sacramentum Pœnitentiæ.

R. Non sufficere: quia propositum solum de cæterò non peccandi stare potest, cum complacentia de peccato præterito: quam tamen complacentiam necessario excludere debet dolor requisitus ad hoc Sacramentum: secundum omnes.

## CONFIDENTIA. XXVI.

149.

Pœnitens enarratis peccatis in Confessione dicit, se dolere, quod non habeat dolorem de peccatis: an id sufficiat ad absolutionem dandam.

R. Videri non sufficere: quia desiderium

derium doloris non est dolor : requiri  
autem ipsum dolorem , omnes docent :  
Igitur &c.

CONFIDENTIA. XXVII.

**R**udis facta Confessione formaliter & ex-  
plicitè doler de peccatis enarratis, prop-  
ter penam furcæ, quam timet: vel infamiam,  
quam incurrit: an hic saltem dolor suffi-  
ciat.

**R.** Neque hunc sufficere: Quia non est  
supernaturalis, seu ex motivo supernaturali  
elicitus. ita omnes, saltem post Conc. Trid.  
Et Ratio est: quia dispositio ad formam debet  
esse ejusdem ordinis cum forma inducenda:  
sed dolor seu conditio in homine peccatore est  
dispositio necessaria ad obtinendam Grati-  
am Sanctificantem per Sacramentum Pœnitentiæ,  
quæ est forma vel maxime supernaturalis:  
igitur.

CONFIDENTIA XXVIII.

**N**on pauci solent valde frequenter confiteri  
peccata sua venialia ( aut etiam imper-  
fectiones ) recitando ea ex memoria instar  
Confiteor, quod Confessione præmittitur: uti-  
que non dolentes de omnibus ac singulis, quia  
in nullo se emendant, sed est una: quid ergo  
Confessario cum talibus faciendum, difficul-  
ter.

**R.**

152.

R. Certum esse, confitentem sola venialia sub mortali debere dolere de iis saltem aliquibus, eaque emendare proponere. Ratio est evidens: quia alioquin defectu proxima materiae, Sacramentum fiet sacrilegium. Dixi, saltem aliquibus, quia cum unum peccatum veniale possis dimitti absque alio, si poenitens de uno vel altero doleat, cum proposito ea emendandi, Confessio utique erit valida: aliud plane est de mortalibus, quorum unum sine alio non dimittitur: ideoque necessarius est dolor universalis de omnibus. Monent ergo sunt tales imperfecti: ut ea solum peccata venialia confiteantur conterantque, quorum emendatio ipsis cordi est, reliquis praetermissis ne tempus gratis terant, & Confessarium molestant absque fructu.

### CONFERENTIA. XXIX.

153. Conscientiosa puella quaeritur apud Confessarium, quod in comparabiliter majorem dolorem sentiat ob mortem sui amantissimi Parentis, quam ob fornicationem a se commissam, et si etiam de hac doleat, eamque detestetur ex animo: timet proinde, se non habere sufficientem dolorem ad digne obtinendam Absolutionem sacramentalem: Quid consilii aut consolationis debet illi dare Confessarius. R. Quaerat ex ea, an potius vellet

Patr

Patrem non esse mortuum, quam peccatum non esse commissum; si secundum, ergo rectè se habet dolor puellæ: dolet enim super omnia Appretiative, siquidem majus malum æstimat offensam Dei quam mortem Parentis et si sensibilibiter & intensivè hæc magis moveat: Si vero fateatur prius, tunc rectè timeret se non habere dolorem requisitum ad absolutionem; quia revera non habet, dum offensum DEI minus æstimat, quam mortem creaturæ,

CONFERENCE. XXX.

Constitutus in articulo mortis, seu tempore, quo obligat præceptum Pœnitentiæ, an satisfaciatur per Contritionem, si adsit facultas confitendi? 154

g. Non satisfacere, sed peccare de novo mortaliter. Ratio est, quia habens facultatem adimplendi præceptum quando obligat, & non adimplet peccat sine dubio: Sed constitutus in articulo mortis (supposito quod sit in statu peccati mortalis) obligatur ad Sacramentum Pœnitentiæ, & supponitur habere facultatem, illud suscipiendi: Ergo non adimplendo peccat.

Nec certè tunc potest elicere contritionem veram, quia talis virtualiter includere debet voluntatem adimplendi, omnia præcepta, quam non habet constitutus in articulo mortis habens copiam Confessarij, & omittens confiteri, ut patet. Unde sit.

g

CON

## CONFIDENTIA XXXI.

155. Sacerdos admissio peccato mortali celebravit sine præmissa Confessione, cum haberet occasionem confitendi, accusatque se postea in Confessione, quod semel celebraverit in statu peccati mortalis elicitam tamen prius contritionem, an dicat veritatem?

ꝛ. Mentita est iniquitas sibi: nam tali impossibile est Contritio, dum superest facultas confitendi, ut *Conf. præc.* probatum est. Obligatus ergo fuit hic Sacerdos celebraturus sub mortali ad Confessionem: vel (non habita copia Confessarij) ad Contritionem. Juxta illud Apostoli, *Probet autem seipsum homo* etc.

## CONFIDENTIA XXXII.

156. Pœnitens doluit de peccatis ex timore pœnarum, tanquam sub motivo formali ac finali ultimo, ita ut si non essent pœnæ æternæ et etiam temporales, non detestaretur, nec relinqueret peccata: Quæritur, an talis dolor sufficiat ad validam Confessionem; ꝛ. Talis dolor non fuisse attritionem requisitam ad Confessionem. Ratio est: Quia non avertit voluntatem absolute à peccato, sed tantum conditionate, si non essent pœnæ, imo concludit actualem affectum ad peccatum, quod propter solam pœnam detestatur, non autem propter injuriam Deo illatam, aut offensam Dei: Igitur nulla est attritio.

CO

CONFERENCE A. XXXIII.

Confessarius, auditis peccatis quærit ex 157.  
Pœnitente, num de illis doleat, isque re-  
spondet frigido illo verbo, ita: deberne ipsi  
cerdi; &. Non tam facile, nisi exhibeat aliqua  
signa doloris, v. g. percutiendo pectus, aut  
emittendo gemitum: Ideoque proponenda  
sunt tali, aliqua motiva veri doloris eliciendi  
pro securitate Sacramenti.

158.

CONFERENCE A. XXXIV.

Pœnitens invincibiliter putat, se habere ve-  
ram Attritionem, cum sit æstimata tantum: An  
validè & fructuosè absolvitur.

&. Nec validè, nec fructuosè. Ratio est,  
quia attritio æstimata non est attritio, sicut ho-  
mo pictus non est homo: requiritur autem &  
ad valorem & ad fructum Sacramenti Pœni-  
tentiae Attritio, quæ sit simpliciter Attritio:  
Igitur.

Cæterum talis non peccat propter ignoran-  
tiam invincibilem? eique in sequenti confes-  
sione verè dolorosa peccata dimittuntur, tam ea,  
à quibus in posteriori confessione valida absol-  
vitur, quam illa à quibus in priori confessione  
invalida absolutus putabatur.

CONFERENCE A. XXXV.

confessario sciscitanti ex pœnitente, an ha-  
beat firmum propositum de cætero non amp-  
lius peccandi mortaliter, responderet, vellem  
quidem, quia scio difficile huicmodi pec-  
candi

159.

cata Deo, ad certè non possum superare pravam meam consuetudinem peccandi, ut expertus sum post multa proposita in confessionibus facta, & nunquam servata: Quæritur an possit tali licitè impertiri absolutioem?

RESOLUTIO: certum est apud omnes, ad condignam Pœnitentiam requiri propositum absolutum ac firmum non amplius peccandi mortaliter, quia sine tali proposito peccator se non perfectè avertit à peccato, nec se ad Deum convertit: Itaque quærendum est ex Pœnitente, quidnam per suam Velleitatem intelligat, an scilicet illam, quæ stat cum actuali affectu & voluntate peccandi? Et cum hac nec licite, nec validè absolvi potest, vel intelligit solum aliquam timiditatem seu credulitatem, se iterum in pristina peccata lapsurum, ut hæc tenus factum est? & cum hoc stare potest absolutum ac firmum pro nunc propositum, nec obstat quòd brevi mutandum esse credatur: ac consequenter confessarius ipsi licitè potest impertiri absolutioem. Ita DD. communiter. Et Ratio utriusque partis est: quia prima illa velleitas frigida ac pigra non potest dici absolute volitio; ideoque neque propositum, at verò posterior est vera volitio atque propositum licet cum aliqua timiditate aut credulitate oppositi futuri conjunctum, igitur hæc, non verò illa, sufficiens est ad absolutioem.

Conf.

## CONFIDENTIA. XXXVI.

160.

Confessarius habet Filium Pœnitentem ordinarium, qui hebdomadatim ter quaterve accedit ad Confessionem cum iisdem peccatis gravibus, an teneatur, aut possit illi credere, quod habeat sufficiens propositum emendationis, & an teneatur aut possit illum toties quoties absolvere? difficultas sanè non adeo parva: sit tamen.

RESOLUTIO prima: Si pœnitens est in occasione proxima peccandi, in qua scilicet moraliter vix potest declinare peccatum, non potest absolvi, nisi proponat talem occasionem dimittere. *Ita omnes*, Et Ratio est clara, quia non evitare occasionem proximam peccandi mortaliter, est eo ipso peccare mortaliter, juxta illud: *qui amat periculum, peribit in illo*: atqui ad veram Pœnitentiam requiritur necessario propositum non amplius peccandi mortaliter: ergo etiam requiritur præpositum evitandi hujusmodi occasionem proximam, nisi moralis impossibilitas aliquandiu impediatur: Atque tunc etiam debet adesse animi resignatio ac parata voluntas deserendi illam occasionem, cum primum commode poterit: Seria pœnitudo peccatorum in ea commissorum: propositum firmum in ea non amplius relabendi? familiaritatem consuetam cum complice omnino devitare &c.

G 3

RE-



RESOLUTIO secunda : Propter solum relapsum non est cuiquam deneganda Absolutio, modo præferat, se verè & ex toto corde sincere dolere de peccatis commissis, habereque firmum & minimè fucatum se emendandi propositum, nisi fortè justa causa occurrat, quæ suadeat absolutionem ad breve tempus differendam. Ita P. Matth. Stoz in *Tribun. Poen.* l. 1. n. 107. citans pro se *Dian. Sanchez.* & *Dicastill.* Ratio autem est prima : Quia talis probabiliter credi debet habere sufficientem & requisitam dispositionem ad Absolutionem ; adeoque habet jus ad eam petendam, quo non potest privari absque in iuria, facta peccatorum Confessione : Ergo Confessarius obligatur ad eum absolvendum, etiam si sit peccator consuetudinarius, vel etiam in proxima occasione constitutus, dummodo adsit impossibilitas eam deserendi : Quia (altera ratio est) Confessarius, pensatis circumstantiis Resolutioni appositis, prudenter sibi persuadere potest ac debet, Pœnitentem accedere hic & nunc cum vero dolore ac proposito non peccandi : plus autem non requiritur ex parte Confessarij, nec ex parte pœnitentis ; Igitur &c.

162. Dices : Confessarius probabiliter prævidet pœnitentem brevi relapsurum : & quid tum ; ejus enim non est judicare de pœnitentis relapsu, & abstinentia à peccato, sed satis est, ut

ex-

existimare possit, pœnitentem habere pro hic & nunc sufficiens propositum non relabendi. At (ais) de hoc ipso proposito dubitat Confessarius: certe imprudenter, si enim fidem dat confitenti relapsum, quare non etiam promittenti emendam? an non eadem est ratio credendi pœnitenti loquenti contra se, quæ est loquenti pro se, certè si Christus ita nobiscum ageret, jam pridem ut Sodoma essemus. Imitemur ergo potius benignitatem Christi, omni momento quoscunque peccatores, quantumcunque relapsos, in sinum Misericordiæ suæ admittentis, non tantum septies, sed septuagies septies, id est [ ut resolutio loquitur ] toties quoties.

## De Confessione.

## CONFERTIA XXXVII.

Confessionem peccatorum specificam ac numericam vocant A catholicis Conscientiarum Carnificinam, qui negant esse sacramentalem, quia id ex SS. Scriptura probari nequit, an recte

re. Per erisissimè; nam Joan. 20. v. 22. expresse dicit Christus Dominus: *Quorum remisseritis peccata, remittentur eis, & quorum retinueritis retenta sunt*, quæ sanè remissio aut retentio cum recta ratione fieri nequit, nisi pœnitens singula confiteatur, ut dijudicare Sacerdos possit, quæ remittenda, aut quæ retinenda sint. Nec reus absolvi poterit sine pronunciata Sacerdotis sententia: ergo ex sacra Scriptura clare ha-

berur necessitas Confessionis specificæ atque  
 numericæ, simulque formæ Sacramentalis,  
 Gratis insuper promittitur in verbis, dimittentur  
 eis: utique per gratiam: & denique institutio  
 in his: *Sicut misit me Pater & ego emitto vos:*  
 unde *Apost. 2. Cor. 5. v. 18. ait Deus dedit nobis*  
*ministerium reconciliationis,* *[nam pro Christo*  
*legatione fungimur.*

### CONFERENTIA. XXXVIII.

164.

Constitutus in naufragio, vel alio morte  
 periculo, clamat ad Sacerdotem, Pater absol-  
 ve, quia homo peccator sum quaeritur an spo-  
 sit illum Sacerdos absolvere, si nullum plane  
 peccatum explicet, cum possit Ratio dubitan-  
 di est, quia Confessionem oportet esse secretam.

*3.* De natura & necessitate Confessionis  
 non esse, ut sit secreta, quin ob rationabilem  
 causam, in majorem scelerum vindictam, aut  
 sui humiliationem, possit aliquando esse pub-  
 lica. *Ita Communis:* Per se tamen nullus un-  
 quam tenetur confiteri peccata sua publice,  
 saltem occulta, quia jugum Christianæ legis  
 est suave: contrarium autem esset nimis difficil-  
 le: nihilominus per accidens, si naufragans est  
 dubius de contritione, tenebitur etiam publi-  
 ce confiteri unum vel alterum peccatum, quod  
 non parit infamiam, aut est alias jam notum.  
*Ita Taner. apud nostrum Patric.* Ratio ejus est,  
 quia non sufficit ad absolutionem accipiendam  
 edere generalia tantum signa doloris, ubi

spe

speciale peccatum exprimi potest citra infamiam.

## CONFIDENTIA. XXXIX.

165.

**Q**Uælla est ad eò verecunda, ut peccatum suum ore exprimere non possit: an possit Confessarius Confessionem ipsius scripto admittere?

**R**esponso. Si Muti Confessio scripta valeret, cur non & puellæ potentis loqui, ob datam rationem; ita tamen, ut præsens absolvatur.

166.

## CONFIDENTIA. XXXX.

**Q**uærus casu incidit in Confessarium indoctum, qui proinde peccatum aliquot mortale (puta osculum aut tactum impudicum) putavit esse duntaxat veniale, scivit tamen esse peccatum; & ita eum absolvit: quæritur ergo an hæc Confessio non fuerit alteri repetenda.

& Negative: Ratio est: quia ex una parte Quærus omnia sua peccata supponitur clavibus subiecisse: ex altera vero parte illa cognitio confusa peccati, sufficiens est ad valorem Sacramenti, ut patet in moribundo, qui absolvi potest, dummodo se peccasse fateatur.

## CONFIDENTIA. XXXXI.

At vero Malevolentius datâ operâ quæ 167.

G 5

sivit

fuit Contentum in notam: an saltem hic teneatur repetere suam Confessionem alteri prudentiori.

R. Affirmative: Ratio, quia Malevolentius ipsa confessione actu peccavit mortaliter; nec defectu doloris fuit debite dispositus, ideoque nec validè absolutus.

CONFERTIA. XXXXII.

168. **B**onfidius bona fide confessus est, si in dormitanti, vel distracto, qui aliqua etiam mortalia non percepit absque tamen culpa Bonfidii: an Confessio fuerit valida.

R. Fuisse validam, nec repetendam rotam, sed solum quoad peccata obaudita. Ratio est: quia hæc sola non fuerunt debite clavibus subiecta: ideoque adhuc subiicienda.

CONFERTIA. XXXXIII.

169. **D**ubitantius confessus est, se dubitare, an omiserit, semel horas canonicas, post comperit, se eas certo omisisse: teneretur id ipsum iterum ut certum constiteri. R. Non teneri: Ratio est, quia illud peccatum iam fuit semel directè absolutum: quia in Confessione absolvitur quidquid coram Deo reverè peccatum fuit: ergò sicut tale peccatum nova absolutio nõ indiget, ita nec nova Confessione

CONFERTIA. XXXXIV.

170. **L**atentius confessus est aliquod peccatum, de quo ipse & Confessarius dubitant, an sit mortale, quod datâ absolute com-

peritur fuisse mortale; an opus est nova Confessione.

R. Negative: Ratio est, quia Laurentius ex una parte fuit confessus peccatum sicuti est; ex altera vero parte ad valorem Sacramenti non requiritur, ut poenitenti vel Confessario constet fuisse mortale vel veniale, dummodo sciatur esse peccatum.

CONFERENCE, XXXV. 171.

Securatus dubitat de Excommunicatione, Irregularitate, aut voto, ad cautelam petit absolutionem, vel dispensationem ab habente potestatem: postquam obtentam certo comparat ipsum tali vinculo innodatum fuisse: an debeat de novo absolvi vel dispensari.

Responsio. Non indigere nova absolutione vel dispensatione. Ratio est, quia absolutio vel dispensatio fuit absolute data si: nimirum vincula illa subessent: cum ergo subfuerint, absolute sublata sunt.

CONFERENCE, XXXVI.

Cap. cum infirmitas. De Poenitent. & Remiss. Medicis præcipitur, ut, cum eos ad infirmos vocare contigerit, ipsos ante omnia moneant atque inducant, ut medicos advocent animarum. Queritur ergo an sit aliquod præceptum de aliquando facienda confessione sacramentali: Et quidem de præcepto Ecclesiastico constat omnibus, ex Conc. Later.

tar. cap. *omnis utriusque sexus.* Ubi dicitur :  
*omnis utriusque sexus Christi fidelis, postquam*  
*ad anos discretionis pervenerit, omnia peccata ( ut*  
*pote mortalia ) saltem semel in anno confiteatur.*  
 De præcepto igitur divino sic

**RESOLUTIO :** Præceptum divinum  
 de Confessione facienda obligat per se in arti-  
 culo mortis, sicut in quolibet ejus morali  
 periculo, in quali verentur ægroti, cum  
 adsunt signa mortis naturalia : tempore pestis  
 grassantis in ingressu prælij seu conflictus, aut  
 periculosæ navigationis : mulier tenera pri-  
 mum paritura, vel jam experta habere partur  
 difficiles ac periculosos: Morti adjudicatus &c.  
 Supposito semper, quod commiserint pecca-  
 tum mortale. Ratio autem est: quia nisi tunc  
 saltem homo peccato mortali obnoxius con-  
 fiteatur, nunquam adimplebitur hoc præcep-  
 tum, aut certe homo exponet se periculo cer-  
 to, vel saltem probabili, nunquam adimplendi  
 hoc præceptum à Christo institutum. Per  
 accidens autem etiam obligat omnem volentem  
 sumere Eucharistiam, quando est sibi con-  
 sciens peccati mortalis. Ita enim docet Co. Trid.  
 sessi 13. ex illo Apostoli: *probet autem seipsum hom.*

**CONFERENCE. XXXVII.**

173. **D**Evotulus per totum annum frequentius  
 confessus est solum peccata venialia,  
 nullius unquam mortalis conscius, ultimo  
 die anni in mortale labitur: quæritur an obli-  
 getur adhuc confiteri. Ob-

¶ Obligari præcepto annuæ Confessionis venialium tantum, ad quas non obligabatur: potest autem hîc & nunc satisfacere: Igitur obligatur: secus si per annum, saltem semel fuisset confessus aliquod mortale. Ita cum aliis Lugô Disp. 15. sect. 7.

## CONFERENCE XXXVIII. 174.

Protervus Catholicus, ne objurgetur à Parocho, tempore Paschali facit Confessionem invalidam: An satisfecerit præcepto Ecclesiastico? Fuit ante hæc sententia plurimum probabilis; sed audi, quid ea hodie valeat.

¶ Protervum in validâ suâ Confessione non satisfecisse præcepto Ecclesiæ: Ita Decretum Alexandri, VII. inter propositiones damnatas anno. 1669. inter quas & hæc continetur: *Qui fecit Confessionem voluntariè nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ.* Ecce damnatur id dicens.

## De Circumstantiis Confessionis.

## CONFERENCE XXXIX.

Quidam insultus obiter confiteretur multa dicens: Blasphemavi, pejeravi, fui incastus, furatus sum multa, imprecatus fui aliis cacodæmonem, fulmina, grandines, & quidquid mihi in buccam venit: Jam nihil amplius



plus scio : quæri merito debet , an aliqui  
huic Confessione desit.

Respondeo multum per omnem modum  
Nec enim exponit numerum peccatorum, ne  
speciem : Nec exhibet aliquem dolorem super  
peccata commissa, neque propositum emen-  
dationis : verbo, Confessio nulla est, nisi per-  
ficiatur industria Confessarii, qui proinde in-  
terrogare debet an blasphemaverit Deum vel  
Sanctos; An fuerit incastus, cogitatione vel  
opere: an cogitationibus huiusmodi confes-  
sum dederit: An eæ fuerint circa eundem aut  
diversum sexum: An circa ligatam vel solu-  
tam: An circa voto castitati astrictam: An  
ga consanguineam vel affinem: An furtum  
fuerit grave vel leve tantum: an rei sacræ,  
ex loco sacræ &c. Nam omnes hæ sunt  
circumstantiæ speciem mutantem, ac necessar-  
specificandæ in Confessione. Etenim actus  
carnalis habitus cum soluta, est simplex for-  
nicatio: si cum virgine invita, est stuprum:  
cum vi illata, est raptus; utrumque contra  
iustitiam: Si cum ligata, adulterium: Si cum  
persona sacræ, sacrilegium contra virtutem  
Religionis: Si inter consanguineos aut affines  
incestus contra pietatem. Ecce: quomodo  
non sufficiat se accusare in Confessione in ge-  
nerale tantum, dicendo, fui incastus & sic  
aliis speciebus confessis discurrendam.

CO

CONFERENCE TIA. L.

176.

**A**lius accusat se in Confessione, quod notabilem partem ex horis canonicis negliger omiserit : quod commiserit furtum mortale &c. Quod fecerit semel incestum cum consanguinea : de quibus proinde dolet, & petit absolutionem. Quæritur, an is pœnitens se sufficienter explicaverit.

Resp. cum magno numero Theologorum apud Partic. dic num. 407. valde probabile ac tutum esse, non necessario explicari debere circumstantias aggravantes tantum, quæ scilicet non mutant speciem actus, cujus sunt accidentia, atque ita, qui furatus est 1000. aureos, satisfacit dicendo, se commisisse furtum mortale : qui omisit majorem partem Breviarii, vel etiam totum officium unius diei, si dicat, se non orasse partem notabilem breviarii : Si peccavit cum propria sorore, si se accusat de incestu : & sic de aliis. Atque in horum sententia dictus pœnitens se sufficienter explicavit : nixus utique sententiæ valde probabili ac tutæ. Sed longè verior, probabilior ac tutior est sententia nostri Petri Marchant. Tribun. p. 1. tr. 3. tit. 3. q. 4. qui cum Communiori DD. asserit, necessario explicandas esse in confessione circumstantias notabiliter ag-

aggravantes, aut certe eas, quæ licet habeant rationem meræ circumstantiæ, vel accidentis respectu actus in communi, at respectu hujus actus in individuo, sunt verum objectum partiale substantiale, se solis & secluso ipso objecto principali, adhuc sufficientes ad peccatum mortale. V.g. in furto quantitas est materia communis: hæc quantitas 10. florenorum, aut mille florenorum, est circumstantia & objectum furti partiale, quælibet secundum se sufficiens ad peccatum mortale: etiam seclusa altera: Cum ergo hujusmodi circumstantiæ sint de substantia ipsius actus peccaminosi, debent non minus Confessione subijci, quam ipse actus: non enim potest hoc, vel tale furtum, v.g. mille florenorum, explicari absque hac, ac tali quantitate mille florenorum: ideoque minimè sufficit dicere, commisi furtum mortale: quia & furtum decem florenorum, & furtum mille florenorum, utrumlibet sine altero mortale furtum est: & similiter omittere unam horam cononicam pars notabilis est: & omittere omnes partes utique longe notabilior. Pro meliori explicatione, & confirmatione hujus sententiæ audi solidam rationem: quia ex natura institutionis Sacramenti pœnitentiæ per modum iudicii, (adeoque ipso jure divino) illa necessario sunt in confessione exponenda,

qua

quæ iudicium Sacramentale notabiliter alterant, quibus scilicet cognitis, longè aliter agere debet iudex Sacramentalis, quam si ignota sint: Et certè peccata in Confessione ita explicanda sunt Confessario, ut is de eorum qualitate & quantitate rectè iudicare, convenientemque pœnitentiam obligationemque præscribere valeat: Hoc enim ubique Concilia & PPes exigunt. Quin ipsam Conc. Trid. sess. 14. cap. 5. statuens, necessario confitendas esse circumstantias, quæ peccati speciem mutant, hanc ipsam dat rationem, conceptis verbis. *Quod sine illis peccata ipsa, neque à pœnitentibus integre exponantur, neque iudicibus innotescant: & fieri nequeat, ut de gravitate criminum rectè censere possint & pœnam, quam oportet imponere.* Hæc ibi: Atqui certum est prædictas circumstantias quam maximè alterare & immutare iudicium Sacramentale, ut sine illis peccata nec integre exponantur: nec à Iudice Sacramentali ritè iudicari possint. Quidni enim vel maximè alteret iudicium Sacramentale furari 1000. ducatos, & furari 10. Igitur qui furatus est 1000. aureos, ipsi non sufficit in Confessione dicere, furatus sum quantitatem mortalem: Et qui peccavit carnaliter cum sorore, non sufficit dicere, commisi incestum. Similiter qui uno actu intendit, vel uno actu externo (puta incendio, aut veneno) occidit plures aut totam familiam, ipsi non sufficit,

H  
ced

cere; feci homicidium: Eodem modo blasphemias Christum, Deum, & omnes Sanctos, aut sub iuramento interrogatus de pluribus articulis peierans, multiplex peccatum blasphemias aut perjurii committit: Aut qui uno actu plures ad peccatum inducit aut scandalizat, pluribus detrahit, calumniam aut convitium infert, ei non sufficit dicere, blasphemavi, pejeravi, detraxi &c. Sed numerum vel saltem pluralitatem explicare debet: & sic de alijs similibus.

## CONFIDENTIA. LI.

178. Aliquis omisit audire sacrum culpabiliter die Dóminica, in quam incidit festum fori: An sufficiat ipsi dicere, omisi semel sacrum die festo, item non jejunavi feria quatuor Temporum, in quam incidit vigilia alicuius Sancti aut dies quadragesimæ, an satisfaciat confitendo, quod semel fregerit jejunium? Item voravit in sæculo castitatem, postea in Religione, & demum suscepit Ordines sacros: An satisfaciat si dicat se peccasse contra votum castitatis.

&. Cum Diana & alijs: Talem non obligari ad confitendos omnes titulos, quia plures sub eodem motivo obligant. Sic etiam fornicans cum Religioso Sacerdote, satisfaciit utrumlibet specificando, nec tenetur ad utrumque, sed eandem rationem.

## CONFIDENTIA. LII.

179. Quando sunt opiniones probabiles DD. utrum aliquam circumstantiam non esse gravem

aut mortalem, aut certe eius malitiam non differre specie à malitia specifica actus, quæritur, an Pœnitens tacendo huiusmodi circumstantiam apparenter tantum speciem mutantem, satisfaciat integritati Confessionis (e. g. an sponsus fornicans cum alia, tene aut dicere se esse sponsum? item an virgo primo fornicans debeat fateri se fuisse virginem.

Resp: Cum Dian. p. 1. tr. 7. per varias Resolutiones: Pœnitentem ad id non teneri: Ratio est, quia tales circumstantiæ, vel non gravem, vel certe non specie diversam malitiam adverunt actui.

### De Satisfactione.

De satisfactione post Sacramentum Pœnitentiæ adimplenda hæc habet S. Conc. Trid, sess. 14. cap. 3. *Debent scilicet ergo et Domini, quantum Spiritus & prudentia suggesse rit, pro qualitate criminum, & Pœnitentium facultate & convenientes satisfactiones iniungere, ne si forte indulgentius cum pœnitentibus egerint, levissima quædam opera pro gravissimis delictis imponendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem præ oculis, ut satisfactio, quam imponunt non sit tantum ad novæ vitæ custodiam & infirmitatis medicamentum, sed etiam in præteritorum peccatorum viudictam & castigationem, nam claves sacerdotum non ad solvendum duntaxat, sed ad ligandum concessas etiam antiqui Patres & credunt, & docent. Ex quibus hic seq. quæri possunt, ac resolvi debent.*

H 2

I. An

I. An in Confessione Confessarius necessario imponere debeat Pœnitentiã , & quantam.

II. An sit necessario acceptanda à Pœnitente.

III. An Pœnitens adimplens pœnitentiam in statu peccati mortalis satisfaciatur suæ obligationi.

IV. An & quomodo peccet Pœnitens omit- tens pœnitentiam.

V. Quis possit mutare pœnitentiã semel impositam.

### CONFERENCE, LIII.

An in Confessione Confessarius necessario imponere debeat Pœnitentiã & quantam.

181. RESOLUTIO prima , Confessarius tene- tur sub gravi obligatione per se & regulariter imponere aliquam pœnitentiã & satisfactio- nem in Sacramento Pœnitentiæ. Colligitur ex tit. Conc. Trid. Et ratio est, quia Confessa- rius tenetur, quantum in se est; sed ad integri- tatem Sacramenti requiritur satisfactio aliqua iactu vel voto suscepta, igitur.

Dixi, *per se & regulariter*, quia cum adest impotentia ( ut in moribundis, ratione ac sensibus destitutis ) non requiritur satisfactio rei- psa, sed sufficit in voto, saltem implicito & virtuali in ipso dolore vero necessario inclusa.

RESOLUTIO secunda, Pœnitentia injun- genda

genda debet esse aliquo modo proportionata delictis, non absolute, sed spectata simul Pœnitentis dispositione, facultate & utilitate. Ita omnes ex Concil. cit. Ratio est, quia sine dubio Confessarius non tenetur imponere pœnitentiam peccatis Confessis simpliciter proportionatam seu æqualem, hoc enim & impossibile est, cum pœnæ peccatorum in foro Dei debitæ nobis sint incognitæ, & neque necessarium est, cum homine pluribus aliis modis pro peccatis suis satisfacere possint, & defacto satisfaciant. Unde D. Chrylost. hom. 3. in cap. 28. Matth. dicit; *Etsi eramus, modicam pœnitentiam imponentes, nonne melius est propter misericordiam rationem reddere, quam propter crudelitatem, ubi enim Paterfamilias largus est, Dispensator non debet esse tenax: Si Deus benignus, ut quid Sacerdos vult crudelis apparere.*

#### CONFERENTIA IV

An Pœnitens teneatur acceptare Satisfactionem à Confessario impositam.

RESOLUTIO, Pœnitens sub gravi obligatione, ex genere suo mortali, tenetur acceptare & implere pœnitentiam rationabilem, obligatorie impositam à Confessario. Ita Communissima DD. *um.* 183.

Ratio est, quia Confessarius potest & debet præcipere, ut jam offensum, ergo pœnitens tenetur acceptare, conseq. patet, quia præcipere & parere sunt correlativa. Antecedens si-



mitur ex verbis Christi Joan. 20. *Quorum retinueritis peccata, retenta sunt.* Ex quibus Trid. sup. concludit : In Sacerdotibus esse potestatem ligandi, non tantum ad infirmitatis medicamentum, sed etiam ad peccati commissi vindictam ac satisfactionem.

Dixi primo : *Sub gravi obligatione ex genere suo mortali* : quando nimirum est materia gravis, & tantæ obligationis capax.

Dixi secundo : Pœnitentiam rationabilem nam si sit manifestè iniusta sive ratione quantitatis, sive ratione qualitatis, puta si alicui propter mendacium officiosum imponeretur perpetuum silentium aut pauperi Eleemolynam, potest utique eam honeste recusare.

Dixi tertio : *Obligatoriè impositam*, ut enim obligatio pœnitentiam adimplendi, & culpa omissionis sic gravis, omnino debet adesse intentione Confessarii ita obligatio pœnitentem quia tota hæc obligatio pender ab intentione & voluntate Confessarii tanquam Judicis & Legislatoris.

### CONFERENTIA. LV.

184. *Utrum Satisfactio debeat fieri ab existente in gratia.*

RESOLUTIO, Satisfactio Sacramentalis a Sacerdote imposita adimpleta in peccato mortali, habet suum effectum, & satisfacit pœnam temporali peccatis remissis debitæ. Ita Scotus hic D. 15. q. 1. 11. 16. aliq̄ue plures, contra plures

plures, qui tamen tantum probant, pœnam peccato nondum remisso debitam non tolli peccato non sublato, quod verum est, at non contra resolutionem, quæ loquitur de pœna peccatis per Absolutionem remissis debita. Probatur itaque primo; quia existens in peccato mortali potest de congruo mereri Gratiam Sanctificantem, ut omnes docent: Ergo à fortiori potest satisfacere pro pœna temporali peccatis remissis debita. Patet conseq. tum quia remissio culpæ est longe excellentior remissione pœnæ? tum etiam, quia opera satisfactoria à Sacerdote iniuncta majorem habent valorem, utpote ex opere operato, quam bona illa opera, quæ sponte à nobis suscipiuntur. Secundo, quia, ut satisfactio sit beat. suum effectum, non requiritur, ut satisfaciens sit amicus illius, cui satisfacit: Igitur &c. Prob. antec. exemplo in humanis: Etenim si Petrius v. g. debeat flagellari ob crimen commissum in Regem, non est necesse, ut sit amicus Regis, sed satis est, si flagellationem sustineat igitur.

**CONFERENTIA, LVI.**

Utrum, quomodo & à quo possit Satisfactio Sacramentalis tolli aut commutari.

**RESOLUTIO** prima: Nemo potest dispensare, tollere vel commutare Satisfactionem Sacramentalem, nisi Sacerdos, qui, & quando potest, Sacramentum ipsum administrare. 185.

Pater : quia cum hæc sit pœna imposta à legi-  
simo Iudice in foro conscientie , nullus potest  
illam tollere aut commutare , qui non potest  
eam injungere , aut qui non habet æqualem il-  
li potestatem in eodem foro : hæc autem com-  
petit soli Sacerdoti : Igitur &c.

RESOLUTIO secunda : potest quandoque  
Satisfactio Sacramentalis semel imposta tolli,  
& in aliud commutari. Pater : quia finis satis-  
factionis est promovere salutem Poenitentis ,  
puniendo commissa , & præcavendo commit-  
tenda peccata , ergo quando hic finis videtur  
per unam melius , quam per aliam satisfactio-  
nem acquiri , potest una in aliam commutari.

187.

RESOLUTIO tertia : Non tantum qui in-  
iunxit Satisfactionem , eiusque Superior , sed  
etiam inferior & æqualis , potest aliquando  
commutare ac tollere Satisfactionem ab alio  
impositam. Ratio est : quia idem ipse , qui in-  
iunxit , aut ejus Superior , possunt facere hanc  
commutationem , quia sunt legitimi iudices in  
hoc foro , quibus nemo præter Christum est su-  
perior quoad hanc sententiam : sed etiam infe-  
rior & æqualis eodem modo se habent : igitur,  
&c. Prob. Min. quia licet inferior non possit va-  
lidè absolvere in hoc foro , nisi accipiat jurisdi-  
ctionem à Superiore , ea tamen semel habet , in  
proferenda sua sententia non est amplius ei  
subditus , cum Authoritate Christi absolvat ac-  
liget , non vero Superioris.

RE-

**RESOLUTIO** quarta : Pœnitens volens sibi commutari Pœnitentiam, non tenetur posteriori Sacerdoti aperire peccata illa, ob quæ prior Pœnitentia fuit imposta. Ratio est: quia in hac commutatione non agitur de peccato, ob quod fuit imposta pœnitentia, ve de iustitia, qua imposta est: sed de infirmitate, difficultate, vel minori opportunitate Pœnitentis adimplendi eam, ob quam scilicet iustè commutari potest: ergo sufficit Pœnitenti allegare rationem, cur hæc pœnitentia sibi sit nimis gravis aut importuna.

**RESOLUTIO** quinta : Potest etiam inferior Sacerdos immutare pœnitentiæ, quæ fuit à Superiore imposta ob peccata Superiori reservata. Ratio est: Quia reservatio per priorem Confessionem fuit sublata, consequenter peccata non manent amplius reservata, nec per consequens pœna imposta: quare tunc inferior Confessarius respectu illius Pœnitentis habet sufficientem jurisdictionem in ordine ad commutandam Satisfactionem.

189.

190.

**RESOLUTIO** sexta : Satisfactio sacramentalis non potest tolli aut commutari extra sacramentalem Confessionem. Patet: quia tollere obligationem ad priorem Satisfactionem persolvendam, ejusdem potestatis ac rationis est, cuius est eandem imponere; alias certe laico non minùs competere potest.

H 5

quam

quandacerodi : ergo licet extra Confessionem non potest imponi Satisfactio sacramentalis , ita nec tolli aut commutari.

Petes , quæ sint causæ rationabiles commutandi pœnitentias ?

191. *¶* Eas esse impotentiam , fragilitatem periculum transgressionis , mutationem conditionis , satisfactioes alias magis opportunas &c. Hæc enim rationabiliter inducere possunt Confessarios , ut pœnitentias ab illis impostas commutent , vel omnino dispensent.

## De Absolutione Sacramentali.

### CONFERENTIA. LVII.

192. *S*upponitur ab omnibus , Formam sacramentalem Pœnitentiæ Sacramenti consistere in his verbis : *Ego te absolvo à peccatis tuis in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti Amen.* Sed quid , si prolatis verbis *Ego te absolvo* , moriatur Pœnitens , eatequam proferatur reliqua , à peccatis tuis , &c. essente verè absolutus ? Rationem dubitandi subministrat Concilium Trid. sess. 14. c. 3. ibi : *Docet præterea Synodus , Sacramenti Pœnitentiæ formam* ,

qua præcipue eius vis sita est, in illis Ministri  
 verbis positam esse, *Ego te absolvo &c.* In qui-  
 bus licet expressè non ponatur, à peccatis tuis,  
 subiungitur tamen particula, &c. Qua qui-  
 dem particulâ clarè demonstrat Concilium, se  
 nolle approbare sententiam Scolasticorum,  
 quòd scilicet id, quod sequitur, à peccatis tuis  
 in nomine Patris &c. Non pertineat ad essen-  
 tiam, vel certè integritatem Formæ, saltè  
 de præcepto exprimendum.

RESOLUTIO : Pœnitens mortuus pro-  
 patris verdis, *Ego te absolvo*, antequam profer-  
 rentur sequentia à peccatis tuis, &c. fuit ritè ab-  
 solutus. Ita nunc *Communissima Doctorum*, uti-  
 que ex cit. Conc. quod sine dubio voluit expri-  
 mere totam formam essentialem, dum dixit,  
*Ego te Absolvo* ; aliàs etiam expressurum reli-  
 qua, non tantùm per obscuram particulam, &c.  
 Sed clarè, ut & priora, expressit : Conle-  
 quenter mens Concilii fuit, totam essentialiam  
 hujus formæ consistere in verbis à se expressis ;  
 reliqua verò per *Tu. &c.* significata, addenda  
 esse ex more Ecclesiæ expressioris significatio-  
 nis gratiâ. Ratio autem est : quia forma hujus  
 Sacramenti consistere debet in iis verbis, qui-  
 bus sufficienter significatur persona iudicis ab-  
 solventis ; actus iudicialis ; effectus, & persona  
 Rei : sed hæc omnia abundè significantur in  
 illis tantum verbis *Ego te absolvo*, vel *absolvo*  
*te* : Nam persona Iudicis exprimitur explici-  
 te

tè, per pronomen *Ego* ; aut implicite per ipsum verbum indicativum, *absolvo* ; actus iudicialis & effectus [absolutio à peccatis] significatur etiam per verbum activum, *Absolvo* quod, quia profertur super Confessione peccatorum hinc & nunc facta, sufficienter determinatur ad significandam animæ Absolutionem à peccatis hinc & nunc importatur per pronomen *te* in accusativo, quod omnino spectat ad essentiam formæ : atque ita *à peccatis tuis* continetur in verbis *absolvo te* ; ut sensus sit *ego confiteor peccata mea* ( dicit Pœnitens ) & *ego te absolvo* [ subjungit iudex ] scilicet à peccatis tuis confessis.

## CONFIDENTIA. LVIII.

**M**oribundus confitatur per litteras Confessario absenti, petitque ab eo Absolutionem : quæritur, an talis Confessio & Absolutio valeat ?

**RESOLUTIO** prima : Non licet absenti Sacerdoti per litteras confiteri, & ab eodem absente Absolutionem accipere. Ita in terminis Decretum Clem VIII. Anno 1602. quod in Congregatione Sanctæ & generalis inquisitionis damnavit, & sub Excommunicationis pœna, ipso facto incurrenda, ac summo Pontifici reservata, prohibuit oppositum,

**RESOLUTIO** secunda : At verò omnino licet Sacerdoti absolvere Pœnitentem, presentem, qui per Nuncium vel litteras confessus

193.

194.

sus est, modo præsens nutu vel signo sufficienti Confessionem suam ratificet. Ratio est: quia tunc datur Absolutio, non ratione Confessionis in absentia factæ, sed ratione præsentis ratihabitionis seu approbationis, quæ est nova quædam Confessio virtualis; adeoque non est contra Decretum Clementinum.

## CONFERENTIA. LIX.

195.

Quid si homini an manu agenti nequeat adesse nisi Sacerdos mutus: an is possit, aut teneatur ipsum absolvere nutibus, aut in charta scriptis verbis Absolutionis: Affirmat noster Pentius apud dianam, p. 2. tr. 6. resolve 14. Et Patricius suspendit suum iudicium, in casu ipsi contingente facturus, quod Deus inspirabit.

RESOLUTIO: Quia Absolutionem verbalem tantum præscribunt Concilia generalia. Trid. sess. 14. cap. 3. dicens: Formam hujus Sacramenti consistere in verbis Ministri. Ego te absolvo, &c. Et Flor. in Decreto Unionis, agens de forma hujus Sacramenti, ait, Esse verba Absolutionis quæ proferuntur à Sacerdote, dum dicit: Ego te absolvo, &c. Ego sanè in nullo casu præsumerem uti nutibus, vel scriptis. Rationem do: quia ex Conc. cit. manifeste sequitur, formam absolutionis sacramentalis debere necessariò, necessitate Sacramenti verbo oris exprimi: igitur gratis omnino



omniñò adhiberetur Absolutio scripta, etiam cum conditione, si forte valeat: cum corum sit, non valere.

196.

## CONFERENTIA. LX.

**N**Cn ratò contingit, Pœnitentem accepta pœnitentia discedere à Confessione non expectata Absolutione, in tantum, ut commodè revocari non possit: quid tunc faciendum Confessario? R. Vel ita abest, ut extra conspectum Sacerdotis, adeoque moraliter absens: vel est adhuc in conspectu Sacerdotis: si primum, absolvi non potest: verò secundum, potest. Ita Petrus Martyr hante. Ratio utriusque partis est absentia vel presentia moralis.

At quam illa: Nostro Patricio placet regula tradita à Thoma Tambur. l. 5. Sacram. c. 2. Præsentia moralis requisita sufficiens Pœnitentis ad Absolutionem sacramentalem, est illa, intra quam soleat communi voce, etiam altiori, homines cum hominibus loqui: Ex quo illum, qui in Conferentia casum retulit (quod ipsum in Salisburgi contigit) se foeminam absolvisse et Choro flectentem ad summum Altare, profert non dubitat, imo pro certo habet, se invalidè absolvisse. Sed contra hunc scrupulum ponitur sequentem casum Alsaticum.

CON

## CONFERENTIA, LXI.

**V**ulgo fertur per *Assatiam*, duos Dominos  
 Parochos habitasse prope *Rhenum*, unum 197.  
 ex hac, alterum ex altera ripa, qui proinde  
 solebant alter alteri confiteri trans fluvium hoc  
 modo. Volens confiteri clamabat ad alterum  
 Domine Petere [ utique vocabatur Petrus : ]  
 & ille, Quid vis habere : Respondet alter,  
 Volo confiteri : tum Petrus, Quid fecere :  
 dixit pœnitens, Hodie sicut here : ad quem  
 Petrus, Ora unum Misere, atque ita absolu-  
 tum dimisit. Quæritur ergo, an inter istos duos  
 Dominos Parochos sibi invicem confitentes fue-  
 rit sufficiens præsentia moralis, non obstante  
 interfluente *Rhen*o,

Ratio est Affirmativa. Ratio est, tum  
 quia unus alterum sufficienter videbat, tum  
 quia unus alteri commode & intelligibiliter  
 loquebatur. Nec opponere licet, eorum vo-  
 ces non fuisse tantum altiores, sed altissimas :  
 quæro enim, ostende mihi terminum vocis al-  
 tioris, qui requiratur & sufficiat ad hanc præ-  
 sentiam moralem, quam si mihi ostenderis,  
 formabo vocem una nota altiolem : de qua re-  
 dabit quæstio, an & hæc sufficiat, certe non  
 poteris redtere rationem, cur prior, hæc  
 posterior non sufficiat : atque ita pervenie-  
 mus ad vocem altissimam, qua uti debebant  
 præ-

præfati Dōmini Parōchi : sed relinquo iudicium sapientioribus.

### CONFERENTIA LXII.

198. **A**liquis in platea lethaliter vulneratur, prospiciente per fenestras sacerdote, an possit ipsum per fenestras absolvere ob periculum, ne interim dum descendat, ille moriatur.

Re. Poterit utique, si inter fenestram & vulneratum ea sit distantia, qua aliàs cum hominibus communi, vel etiam altiori voce loqui posset, ut sup. dictum.

### CONFERENTIA LXIII

199. **Q**uid sentiendum de illo, qui moribundum Confessum, interlocutionibus aliis distractus, oblitus est absolvere, & abiens in platea recordatus, cum jam ab ædibus distaret prope 20. passus, se obvertit versus illam domum, pronuntiavit formulam Absolutionis ad infernum directam.

Re. Non valuisse absolutionem: Ratio est: quia dirigebatur ad non præsentem mortaliter: sicuti non valeret, si subiro vocatus ad moribundum in extremis constitutum, iam proximus ipsius ædibus pronuntiaret formam, metuens, ne prius moriatur quam ipsum pertingat. Ita Leander cum Tamburino.

CON

## CONFERENCE LXIV.

Absolvente Confessario more solito, eo inadvertente pœnitens erupit è Confessionali, ita ut videri amplius nequeat, iateim Confessarius certo scit eum adhuc esse intra paucos passus, utpote eluctantem inter confertam & comprimentem turbam volentiam confiteri: an talem sic latentem possit absolve e.

¶. Cum Bonacin, Et Gobat apud Patricium affirmativè: Ratio est, quia necesse non est (ait Bonac.) oculis usurpare illum, cui peccata dimittis, dummodo non dubites de ejus præsentia.

## CONFERENCE LXV.

201.

Sunt quidam Pœnitentes, qui post acceptam Absolutionem, bis, terve redeunt ad Confessionale cum nova materia: an sint semper iterum absolvendi?

¶. Sio Communis omnium est, reperendam esse Absolutionem, quando pœnitens adfert novum peccatum vel circumstantiam à principio necessario confitendam. Puta, si confiteatur novum peccatum mortale antea non confessum, vel novam circumstantiam speciem peccati mutantem: Si numerum notabiliter excedentem peccati prius confessi, Ratio est: quia omnia sunt materia necessaria novæ Confessionis, ergo & novæ Absolutionis. Contrarium omnino dicendum de novo peccato veniali

I

veniali

veniali tantum, aut circumstantia non necessario confitenda, ob contrariam rationem.

### CONFIDENTIA. LXVI.

Pater Franciscanus itinerando per Bohemiam in qua Catholici Hæreticis palam mixti sunt, reperit in via hominem vulneratum, vel infirmum animam agentem? quem proinde non scit Catholicum nec an hæreticum esse: Male an benè vixisse: nec in eo post multos clamores ullum signum doloris probabile vel dubium advertit, quo saltem sperare posset profuturam fore Absolutionem, quæritur non immerito, an potuerit eum, saltem cum conditione, absolvere.

RESOLUTIO prima: Moribundus loquela & sensibus destitutus, qui nullo, certo, probabili, vel dubio signo ostendit; aut ostendere potest dolorem animi de peccatis, vel confitendi voluntatem nec valide, nec licite potest absolvi, nec absolute, nec sub conditione. Hinc in his terminis puto omnium esse certam: quia omnes, qui contrarium videntur dolere, loquuntur de moribundo, de quo constat Confessario, quod fuerit Catholicus: Quod probe & Christiane vixerit atque adeo paratus fuerit sibi non deesse in extremo Vitæ periculo, ac confiteri peccata sua, &c. Quæ (inquiunt) sunt quædam voluntas ac desiderium absolutionis Sacramentalis, proinde dari potest saltem cum conditione. Ratio autem

re-

resolutionis est, quia nullo unquam casu vali-  
 de vel licite conferri potest Sacramentum abs-  
 que sui parte essentiali; Sed confessio externa  
 ac sensibilibus (formalis, vel saltem virtualis)  
 est pars essentialis Sacramenti Pœnitentiæ:  
 Ergo id nunquam sine illa conferri potest.  
 Atqui in proposito nulla omnino est Confessio  
 externa & sensibilis, ne quidem virtualis, ut  
 supponitur ergo talis absolvi non potest, ne  
 quidem sub conditione: quia ut Sacramentum  
 licite sub conditione conferatur, oportet, ut  
 adsit aliqua spes valoris & fructus, sed ubi  
 est omnis confessio externa, nulla superest spes  
 valoris vel fructus Sacramenti Igitur &c.

Dices: potest fieri, ut talis non tantum in-  
 tus de peccatis doleat, desideretque Confiteri,  
 sed etiam aliqua signa edat ex eis sensibilibus [et  
 si Confessario incognita] ut sunt suspiria, ge-  
 mitus, aspirationes, oculorum fixi intuitus,  
 alij in corpore motus, qui fortè ordinantur à  
 moribundo, ut nutus interni, ergo hæc suffi-  
 ciunt Confessario ad impetendam Absolutio-  
 nem, saltem conditionatam, &c. Cum nostrò  
 P. Marchantio tom. 2. tr. 4. tit. 4. dub. 7. ubi  
 hæc advertuntur prudenter, non esse denegan-  
 dam Absolutionem conditionatam: quia tunc  
 habentur signa dubia doloris interni, ac vo-  
 luntatis confitendi [quæ Resolutio secludit]  
 quæ quidem de quolibet bono Christiano pru-  
 denter præsumi possunt, non autem de omni-  
 no ignoto.

## CONFERENCE. LXVII.

140. Solent famuli famulaeque fidei Orthodoxae famulantes apud Acaholicos, se accusare in Confessionali, quod non obseruarint ieiunia ab Ecclesia praecipita, comedendo carnes sibi appositas: nec dies certos festivos, omittendo audire Missas, laborando &c. An possint absolvi, si non promittant deserere tale famulitium.

¶. Hujusmodi famulos & ancillas oportet adhortari, ut provideant [termino seruitij expleto] sibi de famulitio apud Heros & Heras Catholicos, si tale habere nequeant, nisi cum notabili suo damno, studeant pro altero anno cum Dominis suis conuenire, ut sibi liceat diebus festiuis Missam & Concionem accedere: ac feriis sextis, sabbathinis, aliisque esurialibus concessis ab Ecclesia ferculis vesci: Et si nec hoc obtinere possint: nec advertant, quod praedicta fiant in odium religionis Catholicae, ne sollicitentur ad fidem suam deserendam? maneant in nomine Domini in suo seruitio. Ita per omnia G. b. In Theol. Iuridico morali Tract. 4. cap. 32. Et Experimentalis Alphabet. Audiendi Missam cas. 15. Ratio autem est: Quia praecipita Ecclesiae obligant ad sui obseruantiam, quando haec non causat grave seu notabile damnum. Dixi autem notanter si praedicta non fiant in odium Religionis Catholicae, & non sollicitentur, &c. Quia tunc nemo eos

excusat a peccato, ideoque si nolint deserere famulicium suum, absolvi, nec possunt, nec debent. Certi enim juris est, delinqui mortaliter ab eo, qui paret imperanti aliquid in contemptum Religionis.

## CONFERENCE LXVIII.

205.

**Q**uidam in prima hebdomate lucratus est jubilæum, in secunda incidit in Censuram Pontificiam aut Episcopalem: quæritur, an potuerit in secunda ab ea absolvi vi jubilæi, si denuo perfecit opera præscripta.

**G. Det. Gob.** in Theol. incid. comoral. tr. 3. cap. 34. num. 256. affirmativam esse probabiliorē citans pro se Navar. Henriq. Et alios. **Contra Lugo Ratio** [inquit] est: quia potest bis ab uno obtineri jubilæum: consequenter etiam favores: probat autem antecedens eod. tr. cap. 14. à num. 92. Quia beneficium Principis latissime interpretandum est. **L. Beneficium ff. de Constir. Princip.** Nec Bullæ Jubilæi restringunt gratiam ad unam vicem. **A. potiori vera est hæc sententia in casu, quo obtentō in tua Patria Jubilæo, accedens ad alium locum, in quo adhuc celebratur, denuo perficit opera præscripta. In neutro tamen casu poterit indulgentia alterutrius hebdomatis applicari defunctis. Hæc Gob.**



## De Confessario seu Ministro Pœnitentiæ.

## CONFERENTIA. LXIX.

206. **Q**uia ad Sacerdotem in sua Ordinatione Episcopus per manuum impositionem profert hæc verba: *accipe Spiritum Sanctum, quorum miseris peccata, remittuntur tuis &c.* **Q**æritur hic: an quilibet in prima sui Ordinatione, simul cum potestate Ordinis accipiat etiam potestatem validè absolvendi à peccatis.

**RESOLUTIO:** Non omnis Sacerdos potest validè administrare Sacramentum Pœnitentiæ sed solum duntaxat, qui habet Ordinariam vel delegatam Jurisdictionem super Pœnitentem. Ita Conc. Flor. in litt. Unionis, ubi dicitur quod Minister hujus Sacramenti, sit solus sacerdos, qui habet ordinariam vel delegatam Jurisdictionem. Rationem insuper addit Trident. sess. 14. cap. 7. dicens: *quoniam namque igitur naturalis ratio iudicis illud exposcit, ut sententia non solum duntaxat feratur, persuasam semper in Ecclesia Dei fuit, & verissimum esse synodus hæc confirmavit nullus momenti absolutionem eam esse, quam Sacerdos in eum profert, in quem Ordinariam aut delegatam non habet Jurisdictionem.* Itaque Sacerdos in Ordinatione accipit potestatem absolvendi in actu primo, seu radicalem tantum quam non potest exercere in actu secundo nisi ei ab extrinseco accedat Jurisdictio, siue auctoritas

ritas in subditos : & Approbatio, five iudicium  
de idoneitate ad audiend. Confessiones. 207.

## CONFERENCE, LXX.

Commune est apud Regulares privilegiatos  
quod existentes in una Diœcesi ab ejus E-  
piscopo approbati, absolvant etiam subditos al-  
liorum Episcoporum, à quibus non acceperunt  
approbationem, quomodo hoc intelligendum  
quia Episcopus unius Diœcesis non potest con-  
cedere licentiam absolvendi subditos alterius?  
itaque sit.

RESOLUTIO : prædicti Regulares pro  
Confessionibus sæcularium approbationem de  
idoneitate accipiunt ab Episcopis, jurisdic-  
tionem autem immediate à summo Pontifice : Ita  
enim ferunt Privilegia & Concessionem in Di-  
plomatibus per modum legis expressæ ; quibus  
confert Pontifex jurisdictionem omnibus Men-  
dicantibus (nominatim Prædicatoribus & Mi-  
noribus) à superioribus legitimis & electis, ad-  
missis ac præsentatis ad Confessione: excipien-  
das, sub hac tamen conditione quod Episcopus  
iudicet eos idoneos ac sufficientes: adeo ut ap-  
probatio Episcoporum sit conditio sine qua non  
prærequisita ad hoc, ut Fratres mendicantes  
possint uti jurisdictione concessa. Atque ita ju-  
risdictio à summo Pontifice adveniens Regu-  
lari approbato ab uno Episcopo, non limitatur  
ad personas illius Diœceseos tantum. Ita Nicol.  
V. Sixt. IV. & Paul. III. apud Rodriq. c. 10. l. 1.

qq. Regul. q. 61. a. 61. unde oritur alia mul-  
tum controversa.

CONFIDENTIA. LXXI.

Utrum Regularis approbatus ab uno Episcopo  
juxta formam Trid. accipiat jurisdictionem  
pro tota Ecclesia.

209. R. Primo: si sensus quæsitus sit: an Regularis  
approbatus ab eo Episcopo, existens in eju-  
dem Diœcesi, possit absolvere omnes quantum  
vis extraneos totius Ecclesiæ ad se venientes  
affirmativè, hoc ipsum enim concedunt Pon-  
tifices cit. n. præced.

R. Secundo: Si vero sensus quæsitus sit: an  
Regularis approbatus ab uno Episcopo, possit  
audire Confessiones in alia quacunque Diœ-  
cesi sine illius Episcopi consensu & approbatio-  
ne, negativè: Ratio est, quia Conc. Trid. sess.  
25. cap. 15. decernit, nullum etiam regularem  
posse Confessiones secularium, etiam sacerdotum  
audire, nec ad illud idoneum reputari, nisi aut Pa-  
rochiale beneficium, aut per Episcopi examen, et  
illud videbitur necessarium esse, aut alias idoneus  
dicetur approbationem, quæ gratis detur obtinenti  
privilegiis & consuetudinibus quacunque etiam immem-  
morabilis, non obstantibus. Hæc Concil.: Et  
quibus per approbationem adjudicatam esse  
Episcopis in hunc finem: ut quisque cognoscens  
idoneitatem ac sufficientiam Confessorum  
in sua Diœcesi hoc Sacramentum administran-  
tium cui finicerte non satisfaceret in sententia  
affir

affirmante, siquidem approbatio unius Episcopi in una Diœcesi, aliis Episcopis de idoneitate non constat.

## CONFIDENTIA. LXXII.

210.

**R**egularis Sacerdos in suo sententia abundans, à superiore ob certas causas non præsentatus Episcopo in ordine ad accipiendam approbationem, se ipsum præsentat, obtinetque approbationem: an validè absolvat pœnuentes ad ipsum recurrentes?

& cum distinctione: si is contra voluntatem Superioris se præsentans approbatur ab Episcopo, ut jurisdictionem à Pontifice privilegio concessam accipiat, nihil accipit & invalde absolvit. Ratio est: quia pontifex non censetur conferre illam jurisdictionem, nisi præsentatis à suo superiore, tanquam sub conditione, sine qua non: conferretur enim ipsi hujusmodi jurisdictio in gratiam Religionis, non verò Religiosi privati. Si vero talis Religiosus approbetur ab Episcopo ut jurisdictionem accipiat ab Episcopo in ejus subditos: tunc quidem omnino jurisdictionem accipiet, at non nisi in ejusdem Episcopi subditos: eosque valide absolvet, sed non licite: Ratio est: quia Episcopus potest suam jurisdictionem committere cuilibet idoneo, qui se ei aliquo modo saltem quoad hoc ministerium, subijcit: & quia contra obedientiam id facit, peccat toties, quoties absolvit.

15

CON.

211.

## CONFIDENTIA LXXIII.

**U**trum approbatus ab Episcopo Regulari privilegiatus, cum licentia Superiorum, prætextu privilegiorum & indulgentiarum generalium, absolvendi quoscunque fideles absolvat etiam Personas Religiosas tam viros quam fœminas.

ꝛ. Nec viros, nec fœminas, nisi de consensu & licentia Superiorum cujusvis Ordinis respective. Sic enim declaravit Clem. VIII. Bulla. Romani Pontificis: data 1598. 3. Novembr. Ubi declarat, nunquam fœminam Moniali dare licentiam confitendi alicui con-  
dispositionem suorum Superiorum.

Excipitur casus, quando est consuetudo tolerata in Monasterio, præcipue Monialium ut advenientibus Religiosis fratribus confiteatur. Secundo quando interpretative saltem potest legitime præsumi de consensu & voluntate Superioris, v.g. quando Religiosi mittuntur foras, aut de jussu & licentia Superiorum aliquante tempore in locis, ubi non sunt Confessarii sui Ordinis, quia à Prælati suis jurisdictionem habent. Tertio in Jurisdictionibus, in quibus patenter, quoad hoc, jurisdictioni huic Regularium derogatur ut soleat adeoque tunc possunt sibi eligere quemcumque Confessarium ab Episcopo Loci approbatum Regularem, secularem &c. Nisi manifeste

contradicit Superior. Denique in articulo mortis omnes sacerdotes etiam simplices & excommunicati, ab omnibus absolvere possunt: quia in tali nulla est reservatio.

## CONFIDENTIAL.LXXIV.

Contigit haec pridem in quodam monasterio sanctimonialium Tertij Ordinis S. <sup>212.</sup> Francisci, convenire plures Dominos Parochos pro lucrands Indulgentiis Portuiculae, quos proinde Venerabilis Mater rogavit, exciperent Confessiones copiose concurrentium Penitentium ex diversis Parochiis: quo facto orta fuit disceptatio in Mensa, cujus autoritate & jurisdictione potuerint praefati Domini absolvere poenitentes alienarum Parochiarum: cujus Puras.

¶. Auctoritate Consuetudinis probatae ex tacito consensu Ordinariorum id scientium, & non contradicentium. E enim est sufficiens delegatio tacita, qua etiam Parochi, alique Sacerdotes Curati communiter, & sibi invicem, & a his sacerdotibus approbatis confitentur. Idem fieri solet in peregrinationibus, ad quas subinde sunt magni concursus hominum ex diversis Parochiis convolantium, in quibus Sacerdotes curati excipiunt Confessiones quorumvis: utique ex praefata consuetudine probata, & tacita licentia superiorum. Vel dic: quia multi Parochi confessiones excipiunt: alter alterius Parochianos absolventes, censetur alter alterum delegare, eique super

super suos facultatem absolvendi impertiri  
quo quid facilius.

CONFIDENTIA. LXXV.

**S**acerdos simplex invalide ab Episcopo ob  
tinet beneficium Parochiale : ob quod cre  
ditur communiter verus Parochus, cum non  
utpote ob impedimentum aliquod Canon  
cum : quaeritur an valide absolvat Pœnitent  
res suos Parochianos ? Ratio dubitandi est  
quia nullam habet jurisdictionem, nisi quia  
Parochus : cum ergo Parochus revera non  
sit, nullam videtur habere Jurisdictionem seu  
potestatem absolvendi.

*Re.* Eum habere Jurisdictionem ex errore  
communi & titulo colorato : adeoque valide  
absolvere Parochianos. Ita *communis Theologia*  
Ratio ducitur ex benigna interpretatione pi  
Matris Ecclesiae, quae in communi errore cum  
titulo colorato, utilitatem publicam fidelium  
ne scilicet, magni oriantur scrupuli, turbatio  
nes ac difficultates circa hujus Sacramenti ad  
ministrationem, aliaque ministeria, quae juris  
dictionem requirunt, puta assistentiam Matrimo  
nii &c.) voluit hunc defectum supplere  
& dare veram jurisdictionem illis, qui alioquin  
capaces illius sunt, stante errore Communi  
titulo colorato.

CONFIDENTIA. LXXIV.

214. **S**ciolus Sacerdos simplex scit, esse sententiam  
probabilem, sacerdotem simplicem non  
dur

dum approbatum posse moribundum, etiam in præsentia proprii Parochi, absolvere: ideoque hac fretus opinione eum absolvit: quaeritur, an non peccet mortaliter: & an Mater Ecclesia ipsi in hoc casu conferat jurisdictionem.

§. Cum nostro P. Patricio Teol. sacram. p. 3. cap. 4. num. 727. cum limitatione: quando subest justa causa utendi jurisdictione probabilis, cum commode non possit usurbari Jurisdictio certa, illa licite utimur: eamque, si forte à parte rei non adsit, supplet Mater Ecclesia: Cum sola au em & mere probabilis jurisdictione (certa facile habenda vel habita relicta) ex mera libertate absolvens, peccat mortaliter: nec ejus defectum pia supplet Mater Ecclesia.

Ratio est: quia secundum communem doctrinam, in Sacramento quoad essentialia nunquam licet uti probabilis tantum, relicta certis, ob periculum nullitatis: sed jurisdictione est quid essentialiter requisitum ad Sacramentum Pœnitentiæ valide ministrandum: ergo non licet uti jurisdictione probabilis tantum absque justa causa, quando habetur, aut haberi potest certa jurisdictione: nec verosimile est Ecclesiam tunc supplere Jurisdictionem, si revera non adsit: quia non conferatur favore mere libertati, curiositati, vel præsumptioni temerariæ, sed solum congruæ necessitati vel  
mi-



utilitati indehnum, quatenus in proposito casu non habet Sciolus in præsentia Parochi Sacramentum Pœnitentiæ administrans. Aliud esset, si moribundus ex rationabili causa nollet, vel non posset Parocho confiteri. Sed contra Dices: Conc. Trid. sess. 14. cap. 7. absolute concedit potestatem omni Sacerdoti in mortis articulo absolvendi a quibusvis peccatis ac censuris: ergo etiam simplici in præsentia Parochi, Resp. neg. ant: addit enim, *ne hac occasione aliquis pereat*: quando autem Parochus adest, vel alius sacerdos Curatus, non est timendum, *ne moribundus pereat*: igitur tunc non confertur à Conc. potestas absolventi sacerdoti simplici absolute.

215.

## CONFERENCE. LXXVII.

**P**ONOAMUS, in aliquo Episcopatu esse casum reservatum Episcopo grave furtum: item gravem percussorem clericum, vel etiam alterius proximi: item adulterium & incestum cum sanguine, homicidium &c. Tu autem furaris aliquot Cruciferos, cum intentione furandi plures aureos, intendis graviter ulcèdere clericum, vel alium proximum, sed re ipsa leviter tantum taugis, item tentas occidere alium, infligendo ei vulnus lethale, ex quo tamen

non

non moritur : item exerceſ turpiſſimas actio-  
nes cum uxore alterius, vel propria Conſan-  
guinea; adeo ut in omnibus iſtis mortaliter pec-  
ces, cu incurris caſum Epifcopo reſervarum?

R. Quod omnia negative : Ratio eſt ;  
quia primo in furto requiritur, ut actio ex-  
terna ſecundum ſe ſit gravis : tua autem actio  
externa eſt levis, licet intentio ſit gravis,  
quæ non reſervatur : idem eſt de percuffione  
levi cum intentione graviter percutiendi :  
Deinde licet in aliis etiam externe pecces mor-  
taliter, non tamen conſummas peccatum,  
pro quo lata eſt reſervatio, adeoque eam non  
incurrit quia juxta jura, crimen non intelli-  
gitur, niſi ſit conſummatum.

## CONFERENCE, LXXVIII.

Contingit non raro Dominis Parochis, au-  
dire ex Pœnitentibus Parochianis pecca-  
ta Epifcopo reſervata : quos proinde non  
libenter ſine abſolutione dimittunt : nec  
omnino audent abſolvere : quid igitur Con-  
ſili.

Reſponſio. Interrogandos eſſe pœnitentes,  
an ſciverint hujusmodi caſus eſſe reſer-  
vatos, nec ne : ſi respondeant  
ſe ſciviſſe, dimittantur ad eos, qui habent  
potestatem eos relaxandi : ſi vero non ſci-  
verint, pro hac vice abſolvi poterunt,  
cum intimatione iſtis facienda, quod  
pro hic & nunc eos quidem poſſis velit abſol-  
vere

vere: quod si vero recidivi fuerint in eadem peccata, sciant, se eos non amplius absolurum. Ita *Novar. Quaffi. Ioseph. à. S. Januario apud Dianam. p. 30. tr. 4. resol. 63. & Quintanacuenas tr. 3. singul. tr.* Ratio est: Quia si secundum communem DD. dubitans de reservatione ab ea excusatur, quanto magis ignorantia laborans, in se tam odiosa?

## CONFERENTIA. LXXIX.

217.

Solent plerumque Confessarii non privilegiati mittere poenitentes suos casibus summo Pontifici, vel Episcopo reservatis oneratos, ad Regulares privilegiatos, pro obtinendo beneficio absolutionis: Cum ergo defacto per Alexand. VI. damnatae sint hae propositiones, *Praelati Regulares possunt in foro Conscientiae absolvere quos cunque saeculares ab Haeresi occulta, & ab Excommunicatione propter eam incursum.* Item: *Mendicantes possunt absolvere, à casibus Episcopis reservatis, non obtenta ad id Episcoporum facultate:* merito dubitatur, an huiusmodi Poenitentes sic onerati, per Regulares Confessarios exonerentur; est autem praecipua difficultas circa haereticos, & libros haereticos legentes: nec non Casus, quos Dominus Episcopi sibi reservant: quoad casus reliquos Pontifici reservatos res manet in antiquo. Itaque de illis sit.

**RESOLUTIO prima:** Nostri AA. RR. PP. 218.  
 Provinciales petunt, obtinentque Roma li-  
 centiam quinquennalem absolvendi ab hæresi,  
 tam occulta quam notoria; non pro omnibus  
 sed pro certis Patribus à se denunciatis, vel de-  
 nunciandis. Atque ita validè, exonerantur  
 missi ad nos à curatis non privilegiatis, qui in-  
 ciderunt in hæresim, aut legerunt libros hære-  
 ticos.

219.

**RESOLUTIO secunda:** Non præsumimus  
 absolvere à Casibus Episcopalibus, quos Do-  
 mini Episcopi sibi reservant, nisi vel licentiam  
 ab ipsis obtinuerimus, vel certè quatenus hi  
 consentur, etiam non rogati, hanc facultatem  
 nobis concedere, dum norunt apud nos vigere  
 [prout revera viger in Germania] morem ab-  
 solvendi à talibus Casibus, & tamen non con-  
 tradicunt, ut optimè observat P. Gobat. casu  
 VIII. num. 374. addens: quod Consuetudo pos-  
 sit ampliare, imo tribuere jurisdictionem. Na-  
 var. cap. 277. num. 251. loquens in specie de  
 Casibus reservatis, & consulto notans: si quis  
 casus Episcopalis habeat annexam Excommu-  
 nicationem ab hominibus laram, speciatim in ho-  
 minem, & is nondum satisfecit parti læ, ab-  
 solvendum non esse. Et sic puto abundè sa-  
 tisfactum dubio proposito.

### CONFERENTIA. LXXX.

Accedit Confessarium non præditum facul-  
 tate absolvendi à casibus reservatis, habens ca. 220.

K

sum

sum reservatum, cum vel unius censura qui non potest hic & nunc sine scandalo infamia, gravi damno aut periculo in bonis corporis vel fortunæ omittere Sacram communionem, aut Missæ celebrationem: nec propter certum impedimentum potest adire Superiorem, nec alium legitima absolvendi potestate præditum: quid faciendum Confessario, ante resolutionem

Notandum, aliud esse impedimentum ad eundem superiorem (v.g. Pontificem pro Casibus Papalibus vel Episcopum pro casibus Episcopalibus) perpetuum, ut in senibus, mulieribus impuberibus, valetudinariis, pauperibus, &c. Aliud impedimentum tantum temporale & transitorium, quo quis hic & nunc non potest adire superiorem sine magna difficultate poterit autem postea: jam hoc notato sit

221. RESOLUTIO prima: existente impedimento perpetuo in Pœnitente accedendi Superiorem, eatenus cessat reservatio, ut impeditus directè absolvi possit ab alio inferiori, sine onere denuo confitendi. Ita apud *Patric. hic pag. 5. num. 750. communissima DD.* Ratio est: quia tunc ipsa rationabilissima Epikeia, & juris interpretatione, quod ad impossibile obligari nemo potest, censetur cessare reservatio.

222. RESOLUTIO secunda: In casu necessitatis proposito in Conferentia, quando impedimentum est temporale & transitorium, potest inferior Confessarius pœnitentem absolvere indi-

recte

rectè, vel etiam directè, uno ex tribus modis  
 sequ. cum onere tamen deuo comparandi co-  
 ram superiore, eiusve delegato vt g. Regulari  
 privilegiato, ad iterum confitendum peccatum  
 reservatum. Ita iterum *commiffima DD. ubi  
 sup. num. 755.* Ratio est: quia stante impedi-  
 mento temporali adeundi superiorem, revera  
 non aufertur reservatio, neque Confessario da-  
 tur plena iurisdictio, sed solum propter neces-  
 sitatem conceditur licentia absolvendi, cum  
 dicto onere

Quæres: Qui sint illi tres modi absolvendi  
 huiusmodi pœnitentem; &. Primus est, talem 223.  
 non teneri confiteri Sacerdoti inferiori cum di-  
 cto onere, saltem, si præter reservatum nul-  
 lum aliud habeat mortale; sed potest se gere-  
 re, sicut qui non habet copiam Confessarii,  
 cum nullus, per se loquendo, contra volun-  
 tatem suam cogitur bis confiteri idem pecca-  
 tum: potest ergo præmissa contritione celebra-  
 re, communicare &c. Ita cum alijs *Suar.  
 Disp. 30. sect. 3. Laym. cap. 12, num. 2. & Me-  
 derti passim.* Quod si autem præter peccatum  
 reservatum habeat aliud mortale, probabilius  
 ac tutius est, teneri confiteri communicaturum  
 ob præceptum Christi, *probet autem seipsum ho-  
 mo &c.* Secundus modus & sententia est, ta-  
 lem debere tunc eidem Sacerdoti inferiori, qua-  
 tenus fiat integram Confessionem, a non  
 reservatis directè, à reservatis autem indirectè 224.

K. 2

solum

solum absolvi. Ita iterum Suar. & Laym. cit. cum Comuni. Tertius denique modus est confiteri sola non reservata, tacitis reservatis quippe quæ directe absolvendi non est copia Confessarij, ideoque non urgeat præceptum integritatis Confessionis, ne teneatur idem peccatum bis confiteri. Ita *Sotus Gabriel Diana, &c.* Omnes tres probabiles, adeoque elige, quos placet.

### De Sigillo Confessionis.

225.

#### CONFÉRENTIA. LXXXI.

Quidam accedit ad Confessionale ad furandum pecuniam, bidem à pœnitentibus oblatam Confessario: quædam ad sollicitandum Confessarium eique offerendam occasionem peccandi carnaliter: an oriatur obligatio tacendi sigilli Sacramentalis,

Responsio Obligationem tacendi audita in Confessionali, non oriri, nisi ex Confessione quæ sit in ordine ad acquirendam absolutionem sive deinde eam acquirat, sive non; in proposito autem nec furti, nec scortum comparuere in ordine ad acquirendam Absolutionem Sacramentalem: Igitur exinde nulla oritur obligatio Sigilli Sacramentalis, etsi & hoc melius sit silentio comprimere quam sine necessitate evulgare. Ita com. DD. cum *Suar. D. 33. sect. 2. Laym. cap. 14. num. 1.*

CON

## CONFERENCE. LXXXIII.

Simplicius bona fide confessus est Simulario Laico, putans esse Sacerdotem, animo obtinendi absolutionem: an Simularius contra obligationem sigilli Sacramentalis servandi, Responso affirmativè: Ratio est, quia talis Confessio ex parte Simplicij fuit Sacramentalis.

## CONFERENCE. LXXXIV. 227

Sacerdos ob certa indicia, vel relatio em alterius, constituit unum de Confratribus de furto accusare, interim Confrater ille confitetur eidem Sacerdoti hoc ipsum furtum, an is possit nihilominus accusationem proseguere.

Responso posse, dummodo nihil utatur ex Confessione, sed tantum indicia, vel relatione ante Confessionem habitis. Sic post alios *Laym. cit. Conf. 82.* Ratio est: quia talis non nititur scientia Confessionis, nisi forte addat, se certo scire furtum à poenitente commissum, quia istam certitudinem habet ex Confessione.

## CONFERENCE. LXXXV.

Contingit aliquando poenitentem per Interpretem confiteri: An tunc ille teneatur ad tunc ille teneatur ad Sigillum Sacramentale servandum? Responso cum *D. Thom. & Scot. 4. dist. 21. Suar. disp. 31. sect. 4. & aliis: Hoc 228.* Sigillo obligari omnes, ad quos quomodocumque noticia Sacramentalis venit, adeoque Interpretes, audientes: Cui Confessor illicite revelavit Confessionem: consultus à poenitente



in Ordine ad Confessionem faciendam : & superior, cui Confessarius aperuit peccatum reservatum ad obtinendam facultatem absolvendi illud. Ratio est; quia in omnibus his casibus habetur noticia ex Confessione facta, in ordine ad Sacramentalem absolutionem obtinendam; & in omnibus Confessio redderetur onerosa ac odiosa; consequenter ob reverentiam Sacramenti ab omnibus servandum est secretum.

229.

## CONFIDENTIA. LXXXVI.

Est una ex præcipuis controversiis in hac materia, utrum pœnitenti liceat dare licentiam Confessario, loquendi de peccatis ipsi Confessis coram alijs extra Confessionem? negari videtur noster, Scot. 4. dist. 21. q. 2. ad primum principalem, contra communem aliorum, Quia igitur dicendum.

RESOLUTIO: Si obligatio servandi secretum introducta est in favorem Solius Pœnitentis, vera est sententia communis, illum scilicet posse dare licentiam Confessario, loquendi cum alijs de peccatis confessis: Si vero introducta simul est in favorem Sacramenti pœnitentiæ, ne fiat odiosum, & ipsiusmet Communitatis fidelium, ut pœnitenti se urè confiteri absque ullo periculo infamiæ, & ne per revelationes fiant sibi mutuo abominabiles, tenenda est sententia Scoti contra communem. Ratio utriusque partis, & brevis, & facilis est: S

enit

enim ista collatio Confessionis est jus totius pœnitentis, penes ipsum est juri suo cedere vel non cedere: si autem amplius extenditur ad totam communitatem fidelium, & præsertim ad bonum & favorem ipsius et Sacramenti, certe non est penes pœnitentem, tanto & alieno juri cedere: relinquatur ergo decisio controversiæ prudenti judicio Lectorum. Mihi hastenus placuit pars posterior, tum ob auctoritatem nostri Doctoris subtilis, tum quia talis concessio inferre videretur irreverentiam ipsi Sacramento, cum ejus secretum tollat, quod est de jure divino, naturali & Ecclesiastico, in quo sine dubio dispensare non potest pœnitens. Concedat Pœnitens licentiam Confessario extra Confessionem, & nulla amplius erit controversia.

CONFIDENTIA. LXXXVII.

An liceat Confessario ex notitia solius Confessionis, uti aliquo signo extra Confessionem, quod ex se est indifferens ad significandum peccatum al quod esse ipsi notum ex Confessione, licet aliquibus personis ex notitia antea habita per accidens significet peccatum illud ex Confessione istius pœnitentis venisse in eius notitiã. E. g. si duo conspirarent in mortem sacerdotis, & idcirco vino, quò in Missa usus est, venenum admicerent, postea unus eorum facti pœnitens id in Confessione Sacerdoti illi aperiret: quæri enim potest utrum Sacerdos ille posset rejecto illo vino aliud perere, vel omnino non sacrificare.

K 4

RE-

**RESOLUTIO:** Et si non licere defendantur  
**DDes** fere communiter, quos citant & sequuntur *Lago disp. 23. sect. 2. num. 110. & Gobat. cas. 23. num. 997.* eo quod videatur intervenire indirecta revelatio sigilli nullo unquam casu licita, licere tamen docent alij æque graves ac multi *Scot. 4. dist. 21. q. 2. & 3. Gabr. Sylv. Connich. Bonac. Laym. Tambur. &c.*

**Ratio est:** quia aliud est verbo vel facto patefacere ipsum peccatum confessum, quod tamen nunquam licet: aliud est aliquid agere vel committere, ex quo alij aliunde scientes peccatum sumant occasionem suspicandi, peccatum illud confessum esse, quod per se licitum, imo aliquando debitum est: ut si videas me absolventem personam, cum qua hac nocte peccasti, nonne colligis, illam hoc peccatum confessam esse? item si Confessarios aliquoties accedat ad hominem domi concubinam alentem, ut illum ad emendationem hortetur tandem ejus confessionem excipiat, & ad sacram communionem admittat, nonne concubina apertissime colliget illum peccata fornicationis confessum esse, & tamen sigillum Confessionis fregisse quis dicat? sic igitur in proposito Sacerdos abstinens a Sacramento, nullo verbo vel facto prodit peccatum penitentis, sed merè per accidens [ratione scilicet: cognitionis aliunde jam habitæ] abis significat socium peccatum, esse confessum, quod nil contra sigillum. Aliud certe esset, si sacerdos ille tale

le signam poneret, ex quo non solum socij  
pœnitentis, sed etiam alij adverterent tale pec-  
caum fuisse confessum: tunc enim indirectè re-  
velaret peccatum sibi confessum, quod in casu  
proposito tantum per accidens manifestatur,  
non omnibus, sed ijs tantum, qui prius habue-  
re notitiam illius peccati.

## CONFERENTIA, LXXXVIII.

221.

**C**onfessarius ex Confessione Pœnitentis sub-  
diti scit eum vertari in periculo æternæ  
damnationis, si non amoveatur ab officio vel  
loco: an non possit, imo teneatur ipsum amo-  
vere, etiam si pœnitens sciat, hoc provenire ex  
notitia accepta ex sola confessione? Ratio  
dubitanli est: quia superior plus debet pro-  
videre de salute sui subditi, quam de ulla re  
alia.

**RESOLUTIO**: Simpliciter non licet  
Confessario uti notitia ex sola Confessione ha-  
bita, ad gubernationem vel directionem Pœ-  
nitentis id advertentis, v.g. exhibere se seve-  
riorem Pœnitenti: minus gratè cum eo lo-  
qui: negare votum ad promotionem: famu-  
lum furem ex servito dimittere &c.

Ratio est: quia ex obligatione sigilli sacra-  
mentalibus non solum illicita est omnis  
revelatio directa vel indirecta secreti Con-  
fessionis alius, sed etiam omne id, quod con-  
fessionem reddit gravem & odiosam fidelibus,  
ipsique Pœnitenti: atque evidens est, vel

K 5

ma.

maximè reddi Confessionem odiosam ex eo quod sciretur, Confessarium ex illa sola noticia posse Pœnitentem amovere ab officio privare suffragio &c. Igitur &c. Confir. decreto Clem. VIII. dato auno 1594. die 2. Maj in quo id expresse prohibuit seqq. *superiores pro tempore existentes, quam Confessarii qui postea ad superioritatis gradum fuerint promoti, caveant diligentissime, ne ea noticia, quae de aliorum peccatis in Confessione habuerint, ad inferiorem gubernationem utantur &c.*

Undè ad rationem dubitandi dicendum quemlibet plus tenèri providere salutem Communitatis quæ ex tali modo agendi periclitaretur, ex eo quod hoc Sacramentum aboleretur, quàm salutem unius subditi, qui possit sibi succurrere, si veller.


#### CONFERENTIA. LXXXIX.

**E**X sola Confessione pœnitentis Confessarius scit Ecclesiam esse pollutam; quæritur, quomodo is possit in ea?

232. *R.* Det Patrie, noster in fine hujus materiae sibi videri probabilibus ex Bonac. & Tambur. posse. Ratio est: quia Ecclesia non præsumitur velle obligare Sacerdotem ad non celebrandum, quando is ex sola Confessione novit, locum esse pollutum; siquidem credenda est potius favere sigillo quàm suo præcepto,

Pro coronide.

**D**icant omnes Confessarii cum **D. Bernardo** :  
*Nihil minus scio, quàm quod ex Confessione scio.* Id est : Confessarius ta se gerere debet extra Confessionem, ac si nihil unquam audivisset in Confessione.



TITVLVS V.

De Extrema unctiōe.

CONFERENTIA. I.

**P**AROCHUS vocatus ad infirmum, reperi-  
tium in fallibiliter moriturum prius-  
quam absolvere possit omnium quinque sen-  
sum unctiōes cum suis formis, quid facien-  
dum.

*¶. Laym htc cap. 3. num. 2.* aliquos di-  
cere ad valorem huius Sacramenti satis esse,  
si unctio, eaque unica, in quacunque cor-  
poris parte, sub simplici verborum forma, fiat.  
Ratio est : quia non plus ex Apostoli Jacobi  
verbis colligitur. Quod si ergo voceris ad-  
mor-

morbo contagione infectum, unge organum  
 magis obvium ( ut puta manum ) dicendo  
 per istam Sanctam unctionem, & piissimam  
 suam misericordiam indulgeat tibi Domine in  
 quidquid deliquisti per visum auditum, odoratum,  
 tactum, gustum, & gressum, in nomine  
 Patris &c. Vel cum *Diana in hac materia Resol.*  
*168.* Velocissime absque cruce unge unum oculum,  
 unam aurem & os dicendo, per istam  
 Sanctam unctionem & suam piissimam misericordiam  
 indulgeat tibi Deus, quidquid per visum  
 auditum, odoratum, gustum & tactum deliquisti,  
 in nomine Patris &c.

## CONFIDENTIA II.

234. **A**N parvulus peccati actualis incapax,  
 dum ex morbo vita periclitatur, capax sit  
 hujus Sacramenti.

*¶* Cum *com. Sth. l. 1. §. 1.* in 4. D. 23. Negative;  
 Rati: quia moribundus ungitur  
 tanquam Miles adversus extremos diaboli in-  
 sultus pugnaturus, velut ad luctam: talis au-  
 tem parvulus non habet timere hujusmodi  
 luctam: igitur &c.

## CONFIDENTIA III.

235. **F**UR paribulo suspendendus, aut larro  
 gradio perimendus petit Sacramentum  
 Extreme Unctionis an ei conferendum.

*¶* Ex praxi omnium Ecclesiarum, hoc  
 Sacramentum non solere conferri moribundis  
 per violentiam extrinsecam gladii, suspendij,

suffocationis &c. Sed solum ex causa intrinseca morbi, pestis, vulnere, veneno potato & similibus.

## CONFERENTIA. IV.

**I**nfirmus, postquam semel inunctus fuerat, 236.  
melius habere coepit, ut medicorum iudicio putaretur esse extra periculum mortis, sed mutata corporis constitutione recidit: an possit iterum ungi.

R. Affirmative, dummodo prudentum iudicio censeantur fuisse diversa pericula: Ratio est: quia tunc censentur fuisse duo morbi: licet autem hoc Sacramentum adhibere bis in duobus morbis: igitur. &c.

## CONFERENTIA. V.

237.

**C**ontingit adesse Moribundo Sacerdotem Religiosum, dum abest Parochus, vel non potest, vel non vult Sacramentum administrare, an iucurrat Excommunicationem Clem. 1. de privil. ungendero infirmum.

R. Non incurrere: Ratio est: quia tunc non censetur esse præsumptuosus: fertur autem hæc Excommunicatio in Religiosum præsumptuosum, hæc verbis: *si clericus vel laicus Sacramentum Vnctionis vel Eucharistiæ ministrare, sine proprii Sacerdotis licentia, præsumat.*

## CONFERENTIA. VI.

238.

**M**oribundus non potens aliud Sacramentum suscipere, de sua contritione dubitat, an



an obligetur ad suscipiendam Extremam Unctionem.

R. Obligari per accidens, ut scilicet per hoc Sacramentum ex arrito fiat contritus, ne animam periculo damnationis exponat. Ita *Laym hic cap. 7.*

### CONFERENTIA. VII.

239. **C**ommunis est praxis Curatorum adhibere extremam unctionem infirmis etiam ratione ac sensibus destitutis, qui eam antecederent expresse non perierunt, imo forte de illa non cogitarunt, an licite. Ratio dubitandi est, quia secundum communem Theologorum sententiam, in adulto recipiente Sacramentum requiritur consensus ac intentio illud recipiendi saltem habitualis, seu aliquando habitata & non reuocata.

**RESOLUTIO** : ad licite ac valide suscipiendum Sacramentum Extremæ Uctionis in gravi morbo & articulo mortis sufficit generalis voluntas vivendi & moriendi more Christiano Catholico. It *Patric, nostri 1. p. cap. 2. num. 154.* Ratio est : quia Catholicus habens intentionem generalem moriendi more Catholico, eo ipso vult implicite suscipere Sacramenta debito tempore, more & ritu Ecclesiæ consueto : est autem mos & ritus Ecclesiæ consuetus : quod dentur aliqua Sacramenta infirmis : ergo ea ipsa voluntate implicite & interpretative censetur etiam velle

Un-  
hoc  
ani-  
Laym  
adhi-  
rism  
anre-  
te de  
iran-  
eol :  
men-  
d re-  
habi-  
disci-  
ionis  
gene-  
endi  
oster-  
Ca-  
rien-  
e sus-  
re &  
ritus  
a Sa-  
e im-  
velle  
ea

ea Sacramenta suo tempore recipere, inter  
quæ est Extrema unctio, Eucharistia & Pœni-  
nitentia, de qua tamen plura *sup. de sacram.*  
*Penitent.*



## TITVLVS VI

De Sacramento Ordinis,

### CONFERENTIA. I.

**S**OLENT Domini Episcopi ante Ordina-  
tionem prohibere sub pœna Excommuni-  
cationis, ne accedat aliquis irregularis, Ex-  
communicatus furtive se ingerens, alienigena  
sine dimissorijs &c. Quæritur ergo, an si hu-  
jusmodi accedant, valide ordinentur. Ratio<sup>240.</sup>  
dubitandi, est: quia videtur deficere intentio  
Ordinatoris.

¶ Eos nihilominus valide ordinari: Ratio  
est: quia mandata pœnalia non sunt amplian-  
da, sed potius restringenda, atqui in pœna  
Excommunicationis non includitur pœna nul-  
litatis actus prohiberi: Igitur prohibitio illa  
sub

sub Excommunicatione, redit suscipienti ordinem, solum illicitam non vero nullam ordinationem, nisi forte Ordinans serio velit tales non ordinare, quod tamen vix contingit propter multa absurda, quæ exinde sequentur. Ita per omnia P. *Patric. p. 2. cap. 2. à num. 136.*

## CONFERENCE II.

**Q**UOD si ergo sacerdos contra talem prohibitionem ordinatus habeat rationale dubium de intentione Episcopi, quid tunc faciendum.

241.

*Resp. Det Tambur. apud cit. Patric. debere sub conditione repeti ordinationem, utique ob gravissimum periculum & damna securura, si forte ordinatio fuisset invalida*

## CONFERENCE III.

**42.** Indubium est apud omnes Theologos, solum Sacramentum SS. Eucharistiæ esse permanens, reliqua autem omnia consistere in esse transeuntis: quomodo ergo potest ordinatus dicere, ego habeo ordinem Diaconatus, ego habeo ordinem Præbyteratus, ad hoc facile

*Responsio Ordinem semel accipi activè pro ipsa ordinatione seu cæremonia illa sacra, qua alicui confertur Ordo, seu cæremonia illa sacra*

Sacra, qua alicui confertur Ordo, seu potestas spiritualis in Ecclesia circa Eucharistiam; & in hoc sensu ordo est Sacramentum transiens: alio modo accipitur Ordo quasi passivè, seu pro statu ac gradu potestatis ac ministerij sacri in Ecclesia circa SS. Eucharistiam: sicque ordo non est Sacramentum, sed effectus ac res Sacramenti seu sacrae Ordinationis: Et Ordo sic acceptus manet post Ordinationem in ordinato.

## CONFIDENTIA IV.

An senatus A catholicus deputando aliquam personam, ad exercendum Officium Ecclesiasticum, dici queat eam ordinare? 243.

Responsio Ordinationem non esse meram aliquam deputationem, sed stabilem consecrationem, ob quam collata semel potestas, iterum amitti aut auferri nequit, prout auferri potest & solet apud a catholicos mera deputatio, ita ut qui hodie est Parochus populi, cras sit pastor pecorum.

## CONFIDENTIA V.

Quia cum D. Thoma 4. D. 24. q. 1. a. 1. plures Doctores contractum physicum materiae ordinando porrectae ab Episcopo requirunt ad valorem & essentiam Sacramenti, & non pauciores docent sufficere tactum moralem, seu conatum tangendi, quo significat ordinatus se acceptare materiam oblatam ab Episcopo, merito hic quaeritur certior resolutio: pro qua proinde sit.

L

Re

245. Responsio prima: Speculative loquendo, probabilissimum est, nullum planè contractum requiri ad valorem & essentiam Sacramenti Ordinis. Ita P. Sporer titans Vasq. Laym. Gob. &c. Ratio autem est: Quia cum communissima sententia D. Thomas: S. Bonavent. & alij docent, infantem unius diei in cuius posse validè Ordinarij Diaconum, Præsbyterum, aut etiam Episcopum: Quis autem dicet in hoc reperiri contractum aliquem respondentem verbis illis, *accipe potestatem &c.* Quo scilicet significetur acceptatio moralis potestatis traditæ: certe tactum physicum non curabis: Igitur &c.

246. Responsio secunda: Certissimum est, contractum physicum materiæ in hoc Sacramento esse optimum ac securissimum, & omnino etiam necessarium necessitate præcepti Ecclesiastici, adeo ut sine dubio mortaliter peccaret, qui de liberate eum ommitteret, saltem quando vult suscipere Præsbyteratum. Sunt verba Patri Sporer. Ratio autem est, quia delinqueret contra præceptum & morem universalis Ecclesiæ, & redderet Sacramentum dubium propter auctoritatem gravium Doctorum, qui sententiam oppositam reddunt valdè probabilem. Dixi. *saltem quando vult suscipere Præsbyteratum*: propter grave periculum nullitatis Sacramentorum Eucharistiæ & poenitentiae, quod non timetur in ordine Diaconatus aut Subdiaconatus &c. Propterea sic.

CON.

## CONFIDENTIA. VI

UNus aliquis in ordinatione in Præsbyte. 247.  
rum non tetigit per incuriam patenam eum  
pane, nec calicem eum vino, physice, an re-  
petenda sit Ordinatio.

R. P. Gobat, htc num. 212. post Lugo & alios,  
necessario repetendam sub conditione: Ratio  
jam data est num. præced. utpote grave peric-  
ulum nullitatis Sacramentorum Eucharistiæ  
& penitentiae &c.

## CONFIDENTIA. VII.

248.

QUIA secundum Conc. Trid. sess. 23. cap. 8. de  
Reform. unusquisque ab Episcopo proprio  
ordinari debet, ne tam ordinans, quam Ordina-  
tus suspensionem incurrat, quæritur, quis  
sit Episcopus proprius.

R. Triplex est Episcopus proprius respectu  
ordinandi, utpote ratione Originis, Domici-  
lij & Beneficij. Sic enim statuit Bonifacius  
VIII. cap. cum nullus. De temp. ordinand. in 6.  
Episcopus proprius Originis dicitur, in cuius  
Diocesi natus est ordinandus? ubi scilicet ejus  
parentes eo tempore habuerunt domicilium:  
Episcopus proprius est, domicilij in cuius Dioc-  
cesi ordinandus habitat, vel saltem habitare  
incipit animo ibi permanendi. Episcopus de-  
nique proprius Beneficij ille est, in cuius Dioc-  
cesi ordinandus habet Beneficium, etsi ibi non  
resideat, atque quilibet horum titulorum suffi-  
cit ad licitè ordinandum tam Episcopo, quam

ordinando, vel etiam à quovis ipsorum dimissoriales accipere, secundum omnes.

249.

## CONFERENCE. VIII.

At dubium est, si quis in transitu fortuito in tali Diocesi natus sit, an in ea acquirat titulum originis, ad quod

R. Dene apud Patr. h. c. p. 1. cap. 5. num. 50. cum Communi DD. Sanchez. Less. Filiut. Laym. Dian. Gobat. & alij. negativè: Rationem dant; quia qui à matre Romana nascitur Mediolani, non fit civis Mediolanensis, sed Romanus, si mater Romæ habitet, contrarium tamen sentiunt Hurtadus & Leander, probabileque censent Escobar apud Gobat cit. à Patr. cit. & Tamburinus.

## CONFERENCE. IX.

Sed quid si natus in una Diocesi, baptizetur in alia, an utriusque sortiatur Episcopum proprium.

250.

R. Iterum negativè cum Tamburino & Communi: Ratio est, quia propriam originem dat natiuitas temporalis, non spiritualis. Verum tamen est, ait Patr. cit. num. 51. quando non constat aliunde de loco natiuitatis, ex loco Baptismi præsumi natiuitatem. Idem est si baptizatus fuisset infidelis, Judæus aut Turca, tunc enim sortitur domicilium originis, ubi regeneratus est. Ita Jordanus, cumque sequens Gob. apud Patr. ubi sup.

CON.

CONFERENCE A. X.

251.

Si quidem non tu, sed Pater tuus natus sis in ista Diocesi, poterisne ideo tanquam originarius ab istius Diocesis Episcopo ordinari, negant quidem multi, sed probabilius concedunt Barbota, alijque cum Diana & Tamburino. Ratio est, domicilium originis paternæ est etiam domicilium tuæ originis. Atque ita declarasse Congreg. Cardin. testatur Diana p. 4. tr. 4. resol. 148. Ac non idem sentias de matre nisi fortè ex copula meretricia sis progenitus filius naturalis: tunc enim partus sequitur ventrem, quia mater certior est quam pater, qui ignoratur.

CONFERENCE A. XI.

252.

Civis Argentinensis ob irruptionem Gallorum in Aasiatiam contulit se Constantiam, ibique habitavit per sex annos integros; an uti possit titulo domicilij, quod valeat ordinari ab Episcopo Constantiensi.

\*. Cum distinctione: vel enim venit animo Constantiæ commorandi perpetuo, ita ut statim primò quadrante horæ p. o. uerit ibidem ordinari; vel habuit animum Argentinam remeandi, & sic etiam post quinque vel plures annos non acquirit jus domicilij, quo possit ordinari absque licentia & dimissionalibus Episcopi Argentinensis ab Archiepiscopo Constantiensi. Ita ex Patric. cit. à n. 53. omnes.

L 3

CON,



## CONFERENCE. XII.

253. Clericus alterius Dioecesis habet in hac re-  
nue admodum beneficium, cum spe obti-  
nendi pinguis, an vi talis beneficii possit ulte-  
rius ordinari ab huiusmodi Episcopo; R. cum  
Communi DD. affirmative: fit enim ratione  
talis beneficii subditus huiusmodi Episcopo, & ci-  
vis loci, in quo est beneficium.

## 254. CONFERENCE. XIII.

Subdiaconus, ut citius posset potiri Paro-  
chia sibi promissa, omisso Diaconatu, per sal-  
tum curavit se ordinari in Præbyterum, Id-  
que refert Confessorio, quid huic faciendum,

R. Subdiaconum graviter peccasse contra  
præceptum Ecclesie in re gravi *exp. unico de  
clerico per saltum promotus, & ex Conc. Trid. sess.  
23. cap. 2.* Ratio autem est, quia Ordines sunt  
velut gradus subordinati, quibus clerici ascen-  
dunt ad dignitatem Sacerdotij.

## 255. CONFERENCE. XIV.

At nunquid incurrit aliquam censuram, R.  
Eum manere suspensum ut nequeat obire Offi-  
cia sacerdotij ita suscepti, donec ab Episcopo,  
ordine Diaconatus suppleto, dispenseetur: &  
si insuper celebravit factus est irregularis, nec  
jure ordinario dispensabilis, nisi à Papa. Ita  
*Communis apud Patrit. hic p. 1. cap. 5. num. 57.*

## 256. CONFERENCE. XV.

Quando incurritur irregularitas ex abusu sa-  
cri Ordinis; R. Eam incurri, cum quis suscipit  
Or-

Ordinem sacrum, qui est irretitus aliqua cen-  
 sura. 2. Suscipiens eundem ab excommunicato  
 vel hæretico. 3. Suscipiens duos Ordines sacros  
 uno die suscipiat 4. tuos minores & Subdiaconatum.  
 4. Faciens se promoveri per saltum  
 transiliendo unum in Ordinem, 5. Cum quis so-  
 lemniter exercet actum proprium sacri Ordinis,  
 quem non habet 6. Cum quis exercet actum  
 ordinis, à quo est suspensus, aut excommunicatus.  
*Ita omnes ex Patrit. sup. num. 78.*

CONFERENTIA. XVI.

Sub vel Diaconus apostata contraxit invali-  
 de matrimonium cum aliqua, illud consumma-  
 vit, an fiat irregularis.

R. Fieri; quia fit bigamus bigamia simili-  
 tudinaria secundum omnes.

CONFERENTIA. XVII.

258.

Filius hæretici conversus ad fidem catholi-  
 cam vult ordinari, an possit licite; Ratio du-  
 bitandi est, quia hæretici habentur pro irregu-  
 laribus. R. Ex Patrit. sub num. 81. primo hæ-  
 reticos Publicos solum haberi pro irregularibus  
 non vero occultos. Secundo si parens hæreti-  
 cus sit ante mortem ad veram fidem conversus  
 ejus filium similiter conversum non esse irre-  
 gularem, tertio filium hæretici tolerati cujus-  
 modi sunt in Germania, ubi hæresis non pa-  
 rit infamiam, non esse irregulares, quia non in-  
 fames.

CONFERENTIA. XVIII.

265.

Sacerdos casu aut violentia truncatus, polli-

ac re-  
 obli-  
 ulte-  
 cum  
 cione  
 & ci.  
 paro.  
 r sal.  
 Id-  
 dum,  
 ontra  
 co de  
 sess.  
 sunt  
 cen-  
 R.  
 Offi-  
 po,  
 &  
 nec  
 Ita  
 57.  
 u sa-  
 cipit  
 Or-

ce aut indice, vel privatur oculo sinistro, qui aliter dicitur Canonicus, an non fiat irregularis, & incapax ad celebrandum.

R. Unde sup. defectum membri à natura casu vel violentia alterius contractum non inducere irregularitatem, nisi officij ministerio sacro Ordinum, aut nisi causet gravem deformitatem: Atque hinc respectu omnium Ordinum irregularis est cæcus, surdus, turpiter claudicans, unipes & mancus: Et respectu solius Sacerdotij, si careat pollice aut indice non item si parte tantum eorum digitorum privetur, ita ut cum reliqua possit elevate, ac frangere Hostiam &c. Non item fit inhabilis ad Sacerdotium, qui excæcatur in oculo sinistro, ita tamen, ut maneat integer, nec causet magnam aliquam deformitatem, si dexter sit sufficiens ad legendum sacrum canonem cum libri dispositione commoda. Porro universaliter irregulares sunt ex defectu corporis tali, ut sine gravi deformitate, horrore vel scandalo quis non possit exercere suum ordinem, ut si careat naso, auribus (nisi capillatura regi possit) si monströse, gibbosus, facie valde ustulata, leprosus, phræneticus, epilepticus, seu morbo caduco laborans, qui tamen, si ja non ordinatus est, & per annum hoc morbo non laboravit, præsumitur liberatus.

CON

## CONFIDENTIA. XIX.

**S**acerdos ob tremorem manuum ex ehyagra 260.  
 aut aliunde causatum difficulter celebrat  
 missam, an possit à Superiore admitti ad cele-  
 brandum? *q.* Det Dian. p. 4. tr. resol. 73.  
 Prælarum cum tali posse dispensare, etsi non  
 possit omnes cæremônias observare, dummo-  
 do possit complere ministerium sine periculo  
 effusionis sanguinis, & non oriatur exinde gra-  
 ve scandalum, ideoque id plerumque fieri  
 oportet in œculto.

## CONFIDENTIA. XX.

261.

**I**llegitimè natus emittit in probata Religio-  
 ne professionem, an eo ipso liberetur ab irre-  
 gularitate: *q.* Eum liberari in ordine ad Or-  
 dines suscipiendos, non tamen ad Prælaturas,  
 vel ad dignitates Ordinis, nisi cum eo fuerit  
 dispensatum, de quo plura videri possunt apud  
*Gob. in hac materia, aliosque.*



L 5

T I.



## TITVLVS VII.

## De Sponsalibus.

## CONFERENTIA, I.

262,

**I**N Convivio nuptiali invenis propinat puellæ in futurum Matrimonium, illa respondet, Deus tibi benedicat: ebibat vitrum sibi propinatum; elapsis aliquot diebus appellat Juvenis ille puellam sponsam monetque, ut se parat ad brevi celebrandas nuptias; miratur illa hanc postulationem dicens, sibi non constare de ulla promissione futuri Matrimonij

Quæri ergo potest primò, an prædicta propinatio ac responsio contineant rationem sponsalium; & secundò, utrum, si puella nolit contrahere, possit conveniri in Consistorio.

**RESOLUTIO.** Prima: Nulla orta sunt sponsalia inter Juvenem propinantem & puellam ipsi respondentem. Ratio est: Quia ad sponsalia requiritur mutua repromissio: hic autem ex verbis puellæ non constat mutua repromissio, sed ad summum simplex acceptatio igitur.

RESOLUTIO secunda : si præcessit aliquis tractatus inter Iuvenem & puellam de sponsalibus, nec ex circumstantiis conijci potuit illos fuisse jocos, videretur puellam posse citari ad Consistorium : Ratio est quia benedictio poculi, & ebibitio videntur esse sufficiens signum, puellam affirmasse & amovisse ad postulationem Juvenis : alias fuisset cente dictura, plura requiri ad talem contractum faciendum.

## CONFIDENTIA. II.

263

Concupiscentius Juvenis sæpe sollicitat Modestam virginem ad copulam, illa tandem precibus victa concedit ipsi suum corpus, sub hac tamen conditione, ut si evaderet gravida, seam acciperet in uxorem, cui ipse : me hercle non te deseram : illa concipit, idque Concupiscentio insinuat, rogans ut maturescere celebrare nuptias, priusquam vitium appareat, at ille negat se illi unquam eas promississe, cæterum se paratum esse ipsi pecuniam dare : id enim intellexisse se per verba, non te deseram

Quæritur ergo primo : an Concupiscentius vere promiserit matrimonium Modestæ ? secundo, an, si non, teneatur eam nihilominus ducere in uxorem, tertio, an si nolit, ad id compelli possit per Judicem Ecclesiasticum.

RESOLUTIO prima : Si in Concupiscentio revera defuit intentio, nulla fuit promissa

246

missa

missio, & consequenter nec sponsalia, adeoque vi contractus sponsalium non tenetur eam ducere in uxorem, quia supponitur fuisse nullus.

**RESOLUTIO** secunda: Nihilominus tenetur in Conscientia illam ducere ad faciem faciendum damno dato per dolum, quia ipsa certe usuram corporis sui non concessisset, si talem dolum obiecisset, ideoque tenetur ipsi factum consensum, mutare in verum; Quod si tamen ipsa contentetur cum certa summa pecunie, ille ad nil amplius obligabitur.

**RESOLUTIO** tertia. Si res hæc deferatur ad iudicem Ecclesiasticum, Concupiscentius condemnabitur ad ducendam Modestam. Ratio est primò, quia verba loquentis seu respondentis ad verba prius locutus, in dubio debent intelligi juxta sensum prius loquentis, loquebatur autem prius Modesta de Matrimonio; Igitur &c. secundè quia præsumptio sumitur ex communiter contingentibus. *L. inobscuris ff. de reg. Jur.* non autem reperietur ex 10. vel 20. honestis puellis una, quæ faciat copiam sui corporis absque stipulatione de Matrimonio futuro; Igitur Judex præsumet de consensu in Matrimonium per verba, non te deseram.

### CONFERENTIA. III.

**266.** Bertha defert ad iudicem Titium, quòd habuerit secum copulam carnalem cum promissione Matrimonij, Titius fatetur copulam

ne.

negat promissionem : quid faciendum Judi-  
ci ?

¶ Imponendum esse silentium Berthæ, ni-  
si possit probare quod asserit : Ratio : Quia  
iudex non potest ferre sententiam absque ple-  
na probatione.

Dicis Bertham esse paratam ad iuramentum  
deponendum, quo suppleatur probatio, &  
iuramentum ipsi non esse permittendum nisi  
semiplenam probationem, si videlicet adducat  
unum testem, vel aliquas præsumptiones con- 267.  
tra Titium.

#### CONFERENTIA IV.

Amandus contrahit sponsalia cum Amata  
paris quidem conditionis, at imparis fortunæ,  
parentibus eorum incijs & idcirco non inter-  
rogatis, quod scirentur non daturi consensum,  
quin potius ad iracundiam concitandi : quæ-  
ritur num ea sponsalia sint valida, ut debeant  
fortiri iurum effectum.

RESOLUTIO : Amata non contraxit vali-  
dè cum Amando : Ratio est : quia universaliter  
quando Matrimonium non potest celebrari  
absque gravi peccato, ejus promissio est inva-  
lida : sed in proposito est sic : nam Parentes  
Amatæ graviter indignabuntur, in dèque mul-  
ta mala, utputa rixæ, cædes &c. Certo certius  
expectandæ sunt : itaque hujusmodi promissio  
fuit nulla : neque enim justitia ad malum coo-  
peratur.

Pe.



Petes, an Amandus possit Amatam circum  
ad Consistorium.

Re. Non posse : quia ubi sponsalia sunt  
nulla, non habent jus ad nuptias celebran-  
das.

CONFERENTIA V.

268. PUella honesta ratione paupertatis non po-  
test acquirere sponsum suae conditionis.  
Itaque promittit Matrimonium surdo & caeco  
quæritur an valide? Ratio dubitandi est  
Quia huiusmodi caecus non videtur posse ad  
discere ea, quæ scitu necessaria sunt ad Matri-  
monium contrahendum : Itaque facilis est.

RESOLUTIO : Puella illa omnino re-  
pellenda est à Matrimonio contrahendo cum  
tali, nisi constet eum esse tam perspicacis in-  
genij, ut rationem matrimonij satis intelligat.  
Ratio est, quia aliàs moraliter impossibile vi-  
detur, ut talis vel à seipso, vel ab alio discat  
irrequisita ad connubium.

CONFERENTIA VI.

269. JUVenis faciendo spem Matrimonij Berthæ  
primò impetravit usuram corporis : Secundo  
cum juramento eidem promisit absolute futu-  
ruras nuptias : Tertio coram patre & matre  
Berthæ dixit, se esse paratum, eam ducere, si  
parentes ipsius non reclamaverint : Denique so-  
lemniter coram Parocho contraxit sponsalia,  
& tamen tergiversatur tum circa Matrimo-  
nium, quod ait, se promississe cum conditio-  
ne

ne, tum circa tempus, quia dicit, se opera sua dixisse alicui Magistro ad triennium; Ac proinde non posse se nuptias celebrare ante finitum triennium. Quæritur itaque primo, an juvenis ille teneatur, & possit cogi ducere Bertham. 2. an possit id differre ad triennium, & tertio, quo pacto impediri possit, ne ducat alium, Sit ita que

**RESOLUTIO prima:** Juvenis ille omnino teneatur ducere Bertham in uxorem, Ratio est, quia id absolutè & cum juramento promissit, nec ob stare potest; secuta posterorum potentibus Berthæ conditio addita, sicut eorum perfectio adonatio condicionem postea non capit, ita ne promissio onerosa.

**RESOLUTIO secunda:** Bertha non teneatur expectare triennium. Ratio, quia juvenis obstrinxit se illi Magistro primum post sponsalia: non potuit autem se obstringere cum injuria suæ sponsæ: igitur &c. 270.

**RESOLUTIO tertia,** Episcopus potest prohibere alias nuptias sub anatemate, & parochis imponere, ne quis illum copulet cum alia; Tale enim jus dant ipsi valida sponsalia.

### CONFERENCENTIA. VII.

Titius celebravit sponsalia cum Titia, hanc autem postea pœnituit, & ideo ingreditur Religionem. Quæritur ergo an per talem Religionis ingressum sponsalia solvantur. 271.

RE-

**RESOLUTIO:** Eo ipso, quod Sponsus vel sponsa ingreditur Religionem, altera pars in saeculo manens sit libera ab obligatione Matrimonij, Non item ingrediens ante Professionem. Ratio primae partis est, quia ingrediens ipso suo ingressu, quantum in se est, renuntiat sponsalibus: consequenter altera pars potest talem renuntiationem acceptare, & sic liberatur ab onere sponsalium. Altera pars inde constat, quia ingressus non est incompossibilis cum Matrimonio, cum possit iterum egredi.

272.

**CONFERENTIA. VIII.**

Cajus sponsus Caja, ut liberetur ab onere ducendi Cajam in uxorem, facit verum intrandi Religionem, vel Ordinis sacri susceptionem, Dum autem supplicaret ad Religionem, repulsam passus est, & cum postea vellet suscipere Ordines, non fuit admissus ob defectum scientiae. Queritur ergo, an teneatur celebrare nuptias cum Caja, an vero sit ab eo liberatus per dicta vota.

**RESOLUTIO:** Si Caja urgeat sponsionem sibi factam, Cajus obligatur cum ea celebrare nuptias. Ratio est; quia sponsalia non dissolvuntur nisi per professionem, vel susceptionem sacrorum Ordinum, cum uterque possit non admitti, ut Cajo contigit.

CON

## COFERENTIA. IX.

**I**nconstantius habuit Sponsalia cum Verecun-  
da, & quia hæc noluit ipsi concedere copiam  
sui corporis, ille promisit Matrimonium de  
futuro Benevolæ sequuta copula carnali, cum  
qua postea contraxit Matrimonium in facie  
Ecclesiæ: Quæritur ergo primo, an Sponsalia  
cum Benevola fuerint valida: secundo, an, si  
non, saltem Matrimonium sequens invalida-  
verit prima Sponsalia? 273.

**RESOLUTIO** prima: Priora Sponsalia cum  
Verecunda non dirimuntur per posteriora cum  
Benevola, non obstante copula carnali. Ra-  
tio est, quia posteriora Sponsalia sunt nulla;  
utpote sponsio illicita rei alteri jam anteceden-  
ter obligatæ: Ergo non possunt irritare prima.

Dices: Subsequentem copulam efficere ta-  
lem promissionem validam, cum sit anticipa-  
ta quædam traditio corporum: Sed contra:  
quia talis copula post Trid. non admittitur ut  
conjugalis, sed ut fornicaria: ergo non potest  
promissionem ex se invalidam validare: patet  
Consequent. Nam eatenus ante Conc. Trid.  
copula cum secunda, dissolvebat sponsalia cum  
prima, quatenus affectu conjugali adhibebatur:  
cum ergo post Trid. non admittatur iste affe-  
ctus maritalis, & maneat copula fornicaria,  
ea non potest promissionem invalidam validare 274.

**RESOLUTIO** secunda: Inconstantius re-  
nerit Benevolam ducere in uxorem propter 275.

M

dam

damnum ipsi allatum, si non possit alia via reparare, non autem virtute sponsalium. Ratio est: quia damnum illatum magis urget, ut ipsi satisfiat.

**RESOLUTIO** tertia: Matrimonium Inconstantij cum Benevola est validum, ita tamen ut si Benevola brevi moriatur, teneatur nihilominus Verecundam ducere, si id postulet. Ratio est, quia Matrimonium est fortius vinculum, cui proinde cedere debent mera Sponsalia: quia tamen prior obligatio ad Verecundam non extinguitur per fortius posterius cum Benevola, sed tantum suspenditur, sequitur, illam urgere posse Inconstantium ad ducendam Verecundam, si ipsa velit.

#### CONFERENTIA. X.

**L**ubricus spondit Lucie suas nuptias, interim carnaliter cognoscit Isabellam Lucie sororem, cum eaque, contrahit de presenti: quid dicendum de hoc Matrimonio.

q. Matrimonium cum Isabella nullum esse: patet propter impedimentum publicæ honestatis, nec potest postea ducere Luciam propter impedimentum affinitatis cum ea contractum per commixtionem carnalem cum Isabella.

#### CONFERENTIA XI.

**R**usticellus promittit sancte puellæ honestum Matrimonium, postmodum irretitus a morte alterius negligit puellam: quæ causata apud

Judicem, à se neglectum optimum Matrimonium occasione celebratorum sponsaliorum cum Rusticello, & ideo urget dici Rusticello, ut vel ducat puellam, vel ei pendat 100. flor. Quæritur, an puella id juste exigat, & an Judex possit Rusticellum ad id cogere per excommunicationem.

**RESOLUTIO** : Puella juste petit dictam 100. flor. & Judex potest ad id compellere Rusticellum per excommunicationem.

Ratiõ est : quia si in alijs contractibus licet exigere luerum cessans ob culpam alterius, eum non similiter in contractu sponsalicio ? Et quidni judex possit compellere reum ad satisfaciendum Puellæ damnificatæ per eum, absque sua culpa.

#### CONFERENTIA, XII.

Sponso vel Sponsæ post contractum sponsalium supervenit mutatio, quæ illos reddidit notabiliter deformes, habitualiter infirmos aut minus idoneos ad onera Matrimonii subeunda: Quæritur ideo, an liceat ipsis resilire ?

R. Affirmativè ratio est : Quia rebus notabiliter mutatis omnis promissio desinit obligare : Ergo etiam sponsalicia ; Quia contrahuntur sponsalia cum subintellectu conditione, si res in eodem statu permanserint.

#### CONFERENTIA, XIII.

Liber Baro Virginem Nobilem sollicitavit ad copulam cum insinuati ore futuri Matrimo-

Ma

nij

nij; renitentem eam, vi oppressit, ingravidavitque: Erat autem Nobilis illa in 4. gradu Baroni consanguinea: Quæritur ergo, ad quid obligetur oppressor?

*æ.* Regulam generalem esse, quod iniustus damnificator teneatur resarcire damnum illatum: Quod si ergo alia via satisfacere nequeat nobili puellæ gravitatæ per vim, tenetur eam ducere in uxorem. Sed, ais, intercedere impedimentum Consanguinitatis: & ideo Baro tenetur petere dispensationem, quæ super quarto gradu facillè impetrabitur.

#### CONFERENTIA, XIV.

280. Sponsus rogatur à sua Sponsa, ut se liberam pronuntiet à fide sponsalitia, ille, dimittam te (inquit) si præsentaveris mihi certam summam pecuniæ, utpote propter expensas tui gratia factas, tum etiam quia iste recessus caularum mihi aliqualem infamiam: Quæritur, an ista pecuniæ petitio sit iusta, & an Sponsa non peccet resiliendo.

RESOLUTIO prima: per se loquendo possunt & licitè & validè sponsalia legitime dirimi mutuo consensu. Ita omnes DD. ex Reg. jur. *Omnis res (natura sua solubilis) per quascunque causas nascitur, per easdem dissolvitur.*

281. RESOLUTIO secunda: Sponsus non peccat contra iustitiam exigendo aliquid propter infamiam, quam timet, & simul propter expensas in contractu sponsalitia: quia poterant ab

ab initio pacto se obligare ad hujusmodi expensas faciendas ab eo, qui rehlierit absque causa; ergo & in præsenri jure postulantur.

**RESOLUTIO** tertia. Sponsa videtur venialiter delinquere, dum absque rationabili causa petit sibi remitti mutuum jus. Nam Cap. Præterea, 1. ita statuitur: *Hi, qui de in- eundo Matrimonio purè & sine conditione fidem de- derunt, commonendi sunt, & modis omnibus indu- cendi, ut præstitam fidem observent.*

### CONFERENTIA. XV.

Sponsus contrahendo sponsalia cum Fabio- la dixit: *Fulmine peream, si te non duxero: Et Fabiola: Non sit mihi pars in Regno Cælorum, si tibi non rupscuro: Post pœnite Sponsum jura- menti, & ideo petit à Fabiola, instanter rela- xationem promissionis factæ; quæritur, an ea possit salva conscientia ipsam concedere.*

283.

**RESOLUTIO** est affirmativa: Ratio est, quia illud juramentum non fuit emissum in ho- norem Dei, sed in gratiam partis, ergo pars poterit ex rationabili causa illud remittere: Patet consequentia: quia juramentum tunc se- quitur promissionem: ergo sicut potest Fabio- la remittere jus promissionis, ita & juramenti illam sequentis.

### CONFERENTIA. XVI.

284.

Puella inscius Parentibus dat fidem sponsa- liciam juveni, at postea videns, id ægreferte Parentes (est enim divitijs impar juvenis pue-  
læ



la, & continet ab itlubente juvene remissionem  
 juris sponsalitiij: & dum juvenis parat alia spon-  
 salia, puella consentientibus parentibus vult  
 ratam esse primam pollicitationem, cui se ac-  
 commodat juvenis relicto per opportuno con-  
 nubio? tandem Inconstans puella nuntiat ju-  
 veni, se potius ingressuram Religionem, quam  
 ei nupturam. Quæritur ergo, an juvenis te-  
 neatur, puellam pronunciare liberam absque  
 satisfactione pecuniaria.

**RESOLUTIO:** Non tenetur dimittere puel-  
 lam inconstantem liberam, illamque obligatis  
 ad satisfaciendum juveni pro expensis, quas  
 forrè fecit ratione secundorum spon alium: &  
 insuper pro damno neglecti percommodi Ma-  
 trimoniij. Ratio est, quia puella potius ex a-  
 versione erga juvenem, quam ex amore erga  
 Religionem in inducta est ad renūtiandum  
 sponsalibus, & insuper fuit causa omnium d. mo-  
 norum juveni exinde iecurōrum: Itaque puel-  
 la potest ante Religionis ingressum compelli  
 ad satisfactionem debitam juveni.

#### CONFERTI. A XVII.

Sponsa laborans defectu occulto, qui cog-  
 nitus omnino à sponsalibus contrahendis aver-  
 teret, contrahit tamen sponsalia non detegen-  
 do defectum, quæritur an recte.

Resp. Si defectus ille reddat nuptias minus  
 quidem appetibiles, non tamen perniciosas  
 [cujusmodi sunt paupertas, ignobilitas, aut  
 de.

etioratio ] non tenent eum aperire Sponso non inquirenti, tunc enim Sponsus sibi imputare debet, quod non diligenter inquisiverit de huiusmodi defectibus: si vero defectus sint valde perniciosi nuptijs: ut sunt morbi contagiosi & ad usum generationis vel proles educationem parum habiles [cujusmodi noscuntur esse morbus Gallicus, gravis lepra, gravis infamia, &c.] tunc omnino aperiendi sunt. Ratio est, quia non licet in contractibus defectus illos subicere, qui reddunt rem inhabilem & perniciosam in ordine ad usum, propter quem fit contractus.

### CONFERENTIA. XVIII.

Juvenis & Puella inscijs parentibus clam<sup>285.</sup> contraxere sponsalia, non dubitantes, quin parentes puellæ essent vel negaturi consentum re intellecta, vel difficulter dari, eo quod juvenis sit impar opibus puellæ. Et vero rescientes id parentes minantur filiæ pessimam tractationem: Itaque pœnitent puellæ jus suum remittit quidem Juvenis, eum spe tamen extorquendi pecunias à parentibus ipsius in compensationem. Quæritur ergo an Juvenis iuste postulet pecunias in compensationem.

Resolutio: Juvenis non potest jure aliquid postulare ratione sui damni incurri. Ratio est: Quia Legis auxilio dignus non est, qui se ultro in necessitatem conjecit, non enim

287. norabat periculum disensus parentum; & maiorum fecutorum.

## CONFERENCENTIA. XIX.

**V**Nus Sponforum ita incipit abhorre ab altero, ut mallet quidlibet pati, quam huic Matrimonio jungi: quid igitur.

Resp. Gobat hic tract. 10. num. 337. cum abstinendum esse à coactione: Ita enim decidit sacra Congregatio Concilij apud Dianam part. 2. tit. 2. resol. 70.

## CONFERENCENTIA. XX.

Sponso advenit ex improvise magna hæreditas, ob quam sponsa fit illi longe impar, quaerit ergo ille aliam sibi opibus parem, dimissa priore: quaeritur, an recte.

288. Resp. primo Hurdatus disp. 2. de Matrim. differ. 25. cum alius, absolute licere huiusmodi Sponso aliam parem quaerere: omnino contrarium docet Palam. Perez disp. 9. sect. 2. distinguendum esse: vel enim accepit eam propter formæ elegantiam, & tunc non licet illi eam dimittere: vel non, & tunc licebit. Ita refert. Gob. sup. Conf. 19. n. 340.

289. Resp. Secundo, probabilius videtur, Sponsum hoc in casu non posse licite dimittere Sponsam

sam. Ratio est, quia omnes, qui docent notabilem mutationem supervenientem Sponso aut Sponsæ esse sufficientem causam dissolvendi sponsalia, loquuntur de mutatione deteriorante priorem statum (puta de notabili deformitate, habituali infirmitate, oris maleolentia, nimia sævitia, ebriositate, &c.) non ergo admittunt mutationem priorem statum meliorantem, quantumvis notabiliter, præbere æque talem dissolviendi causam. Et certe, si sponsæ prædictæ eadem fortuna obtingeret, sponsus non quæreret aliam, quomodo ergo ille aliam licite quære poterit juxta illud, *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.*

## CONFÉRENTIA. XXI.

**N**obilis contraxit cum Domicella Nobili sponsalia, quod audiens Frater Germanus Canonicus perægrè fert, eo quod Domicella non sit ejus Nobilitatis, quæ exigitur ad Ca. 290. Canonicatum in Tractu Rhenano vel Franco-

conico: potestne ergo illam dimittere.  
**RESOLUTIO:** Licet indignatio Fratris non det per se causam divortij, si tamen omnis propemodum fortuna sponsi dependeat à benevolentia Fratris Canonici, valde difficile redderetur Matrimonium cum tali sponsa, adeoque contractui supervenit notabilis mutatio, quæ sit sufficiens causa divortij, præsertim si proles masculæ non sint aptæ futuræ ad Canonicatum suscipiendum. Ita Gobat cit n.

## CONFERENCE. XXII.

292. **P**uella ab uno corrupta contrahit cum alio  
 sponsalia, quæ ante matrimonium adverte  
 se esse gravidam, anxiatu multum in con  
 scientia, idque proponit Confessario  
 quid ergo Confessarius respondere oportet?

**RESOLUTIO** huius casus sequitur ex  
 resolutione casus 17. Quia enim nuptice  
 ruz forent verè noxiæ iponso propter pu  
 perium, lactationem & educationem pro  
 alienæ, tenetur sponsa aperire huic defectu  
 admodum perniciosum iponso, in ordine  
 solvenda sponsalia, si ipse voluerit.



## TITVLVS VIII

De Matrimonio.

## CONFERENCE. I.

293. **S**PONSUS in præsentia Parochi & Testi  
 profert hæc verba ad sponsam, Ego te  
 cipio in meam Vxorem: & illa, Et Ego te acci

in meum Maritum, ad quæ sponſus ſubjungit :  
 Ego non accepto tuum conſenſum quæritur nunc  
 de valore huius Matrimonij non immerito ;  
 quia ad illum requiritur mutua corporum tra-  
 ditio tanquam materia, & mutua eorun-  
 dem acceptatio tanquam forma. Sic ita-  
 que

**RESOLUTIO.** : Prolatis utriusque  
 verbis, *Accipio te in uxorem, & Ego te in virum,*  
 conficitur verum Matrimonium. Ratio eſt,  
 quia quando ſponſus pronunciat verba, *Ego te*  
*accipio in uxorem,* hoc ipſo ſignificat ſe ſimul  
 acceptare conſenſum, ſi quem datura eſt Spon-  
 ſa : ergo quando Sponſa exprimit ſuum con-  
 ſenſum, dicendo : *Et Ego te accipio in virum,*  
 perficitur conſenſus Sponſi, dum adimpletus  
 conditio ab ipſo expectata, conſequenter fru-  
 ſtra poſtea ſub dit Sponſus ſe non acceptare  
 conſenſum Sponſæ, quem ſam prius acce-  
 pravit.

### CONFERENTIA II.

Parocho interrogante ex ſponſo, viſne acci-  
 pere hanc in uxorem, reſpondet *Ita Domine : 249.*  
 Et dum poſtea quærit ex ſponſa, num velit  
 habere hunc in maritum, dicit *Viſne habere hunc*  
*in uxorem, &c. Ita Domine :* non ab re dubitatur,  
 an error iſte non noceat valori Matrimoni.

**RESOLUTIO :** Valet Matrimonium.  
 Ratio eſt : quia non obſtante hoc errere non  
 animad, erſo, uterque intendit vere contrahere  
 cum

295. cum altero : ergo cum uterque voluntatem suam contrahendi signo externe exprimat, *Domine*, verum matrimonium conficiunt.

### CONFIDENTIA. III.

Puella contraxit cum Juvene Matrimonium de presenti coram Parocho & testibus nulliter seu fictè, ea tantum intentione, ut posset libere ad certum tempus exercere & explere suam libidinem : post aliquot Menses pœnitens de sua malitia, admisit copulam carnalem affectu Matrimoniali : tandem clam aufugiens nupsit alij viro, idque aperuit in tribunali sacramentali Confessario. Quæritur ergo, an Confessarius potuerit illam absolvere, casu quo non potuerit, vel noluerit illum alium deserere: & an copula cum priori habita affectu matrimoniali causaverit verum Matrimonium. Ratio dubitandi est: quia ille novus consensus non fuit datus in præsentia Parochi & Testium qui alias requiruntur ad valorem Matrimonii, ac per consequens videtur primum Matrimonium fuisse nullum, validum autem posterius. Itaque sic

**RESOLUTIO** prima: Primum Matrimonium, non obstante absentia Parochi, fuit vere validatum per copulam exercitam affectu matrimoniali. Ratio est: quia non est necesse, ut utriusque consensus actu simul existat, sed sufficit, ut secundus ponatur dum primus adhuc habitualiter durat: atqui in proposito casu

casu vir omnino actualiter consenserat, dum ex  
 comoveretur, ut partem tanquam Conjugem  
 traçter: ergo accedente legitimo consensu  
 alterius prius desiderato, habetur tota essentia  
 Matrimonii; utpote utriusque partis legitimus  
 consensus, saltem moraliter coexistens. Néc  
 oportet (ait Sanchez l. 2. d. 32. n. 10. aliquid  
 tunc intimare alteri Conjugi, scil. Matrimo-  
 nium fuisse invalidum, quia non exigitur novus  
 consensus ipsius: imo satis est in hoc casu, si  
 illa internè tantum in corde suo, consensum  
 jam antecedenter præbuerat, qui solus deside-  
 rabatur.

Dices, dum illa postea præbet suum consen-  
 sum: non adesse Parochum cum testibus: 296.  
 ergo non conficitur verum Matrimonium. &  
 negando Conseq. quia Parochus & Testes ex-  
 terno contractui jam prius astiterunt: hic au-  
 tem non fit amplius exterior contractus, sed  
 suppletur tantum defectus consensus in-  
 terni.

Dices secundo: Quando Matrimonium 297.  
 ab initio fuit nullum propter impedimentum  
 aliquod primaens, necessaria post modum  
 (obtentâ dispensatione) est utriusque partis  
 consensus renovatio: ergo idem dicendum est  
 in proposito. & neg. conseq. & paritatem.  
 Ratio dispar. est, quia ibi utriusque consensus  
 cadit super materiam inhabilem, adeoque uter-  
 que est nullus, hic autem consensus viri cadit  
 su-



super materiam habilem, atque ita validum est, quem proinde revalidare necesse non est.

298. Resolutio secunda. Confessarius potest nihilominus dictam maliciosam absolvere. Ratio est: quia opposita sententia Capituli aliorumque complurium est non minus probabilis, scilicet prius Matrimonium mansisse validum non obstante copula cum affectu matrimoniali habita propter absentiam Parochi & defectum novi consensus ex altera parte. Ita Gobat Tract. 10. de Matrimonio Cas. 11. 420.

299.

## CONFERENTIA. IV.

Juvenis celebrat per Procuratorem cum puella Contractum Matrimoniale fide: at sequam autem convenirent, duxit aliam, atque Matrimonium consummavit: quaeritur: an possit manere cum secunda, relicta

Et det Navar. Lib. 4. de sponsalibus consil. Matrimonium secundum valere quidem in foro interno, at in externo non habitum pro valido, sed primus, eo quod suam fidem probare nequeat.

300.

## CONFERENTIA. V.

Unus aliquis sciens se jure non posse cum impedimento dirimente valide contrahere nihilominus contractum putaret uxorem suam vivere, quae tamen non amplius vixit.

Anus credens sponsam sibi consanguineam esse in gradu prohibito, cum non esset, perrexit tamen ad nuptias celebrandas : quæritur itaque, nam uterque valide contraxerit.

**Résolutio :** Probabilius est, cum errore facti, errore facti, & certa juris scientia, non posse stare valorem Matrimonii. Id est, nec secundus valide contraxit. Ratio est : quia nemo potest serio intendere id, quod certo scit aut omnino credit sibi esse impossibile : atqui habens errorem facti, & scientiam juris, omnino credit matuam corporum translationem sibi esse impossibilem, siquidem intellectus ejus tunc nequit formare hoc practicam judicium, hic & nunc esse præstandum consensum in hujusmodi corporum translationem : igitur, &c. **Confr.** Ut voluntas possit aliquid efficaciter imperare, debet intellectus illud præapprehendere ut possibile : sed stante firmo judicio, & certa scientia juris, Matrimonium hujusmodi irritantis, impedit, quo minus possit intellectus apprehendere illud ut possibile : igitur, &c.

**Dices :** Tales possunt intendere contrahere quantum possunt : cum ergo re ipsa possint contrahere, revera contrahunt. **R.** neg. antecedens : credere enim, nullo modo posse contrahere, & intendere contrahere quantum potest, simul stare nequeant. Aliud dixerim de eo qui ignorat impedimentum, vel certe dubitat de eodem.

**CON-**

302.

## CONFERENTIA. VII.

**U**Nus aliquis volens contrahere Matrimonium cum Bertha, omissis Sponsalibus in Ecclesia cum illa conveniens, advocatis, Parocho & duobus Testibus, accepit manum Berthæ dicens: *accipio te in Conjugem meam*, ea nihil ad hoc respondente, sed nec manum retrahente & cum à Parocho non interrogaretur de consensu, sed solum, an Matrimonium alteri promisisset, respondit, quod non: ex quo proinde dubitarum fuit de valore talis Matrimonii. Sic itaque,

Resolutio: Illud Matrimonium fuit nullum ob defectum consensus sufficientibus signis expressus in Bertha. Ratio est: quia apprehensio manus Berthæ, Respectu Berthæ fuit mere passiva, adeoque nullum actum positivum voluntatis expressit, qui tamen ad contractum matrimoniale omnino requiritur: non enim sufficit non dissentire, quod ad summum fecit Bertha, non retrahendo manum, igitur &c.

Deinde omnes dictæ circumstantiæ possent stare cum dissensu, nam si Parochus facta interrogazione, an Bertha, non promiserit ulli matrimonium, eam ultetius interrogasset, an velit accipere præsentem Procum in conjugem, potuisset utique dicere: *Ego eum non accipio in*

Con-

*Coniugem meum*: Ecce: quomodo omnes istæ circumstantiæ non sufficiant ad significandum consensum internum.

## CONFERENCE VIII.

303

Unus aliquis contraxit cum puella ad tempus determinatum, usque dum scilicet reperiat ditiores: Alius cum pacto procurandæ sterilitatis: cum pacto non servandi fidem alteri: quæritur, an omnes tres valide contraxerint?

**RESOLUTIO**: Nullus trium contraxit valide. Ratio est: Quia hæc tria [ utpote bonum Sacramenti sive indissolubilitas Matrimonij, bonum prolis, & bonum fidei ] sunt de substantia contractus Matrimonialis: clarum autem est, contractum nullum esse, cui deest aliquid substantiale: igitur &c.

## CONFERENCE IX.

Libidinosus contrahit Matrimonium ob meram carnis voluptatem capiendam, tanquam ob finem principalem, idque confiteretur Confessario, à quo proinde graviter increpatur an justè.

304.

**RESOLUTIO**: Certè justissimè, patet ex Tob. 6. ubi Angelus Raphael de hujusmodi contrahentibus inquit: Hi qui conjugium ita suscipiunt, ut Deum à se & à sua mente excludant, ut suæ libidini ita vacent sicut Equus & Mulus, quibus non est intellectus, habet potestatem demonium super eos: consequenter merito increpandi ob peccatum mortale commissum.

N

CON

## CONFERENTIA. X.

Fidelis Catholicus habens uxorem adulteram audivit à Lutheranò, apud eos licere hujusmodi adulteram dimittere, ac eum alia copulari, fit proinde hæreticus, celebratque novas nuptias cum alia: an valide?

RESOLUTIO: Matrimonium inter fideles consummatum adeò stricti vinculi est, ut quoad hoc nullo unquam casu ab alia, quam divina potestate, solvi possit: atque adeo Matrimonium fidelis cum alia initum est nullum. Ita præter Cone. Trid. Authoritatem *sess. 24. can. 5. & 7. Sac. Script. Marc. 10.* ubi absolute sine ulla exceptione dicitur: *Qui cumque dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam.*

306. Objiciunt Hæretici illud Matth. 19, *Qui cumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur, ergo id faciens ob fornicationem, non mœchatur, atque hoc est unicum fundamentum oppositi erroris; ad quod tamen facile.*

R. neg. consequ. loquitur enim Apostolus solum de dimissione quoad thorum, non vero quoad vinculum, Sed

Instaur; Si Christus ibi loqueretur solum de separatione quoad thorum, tunc non debuisset excepisse solam fornicationem, hujusmodi enim separationis causæ plures sunt: Ergo signum est locutum fuisse de solubilitate Matrimonii

monij quoad vinculum. & neg. sequelam.  
 Ad prob. dicendum, Christum per hoc, quod  
 assignaverit tantum unam causam divortij, &  
 quidem præcipuam ex ipsomet quasi Matrimo-  
 nio scaturientem, non exclusisse alias. Quod  
 autem id ita sit, legant Hæretici texum cir.  
 S. Script. Marc. 10. Item Luc. 16. *Omnis qui  
 dimittit uxorem suam, & aliam ducit, mæchatur:  
 si omnis, ergo etiam qui Adulteram dimittit.*  
 Ad Rom. 7. habetur, *sola morte alterius Con-  
 jugis solvi vinculum Matrimoniale: ergo non adul-  
 terio.*

## CONFÉRENTIA. XI.

Turca uxoratus capitur in Bello à Duce Ca-  
 tholico, atque convertitur ad fidem rectam;  
 & quia non potest habere suam, petit aliam  
 uxorem Catholicam: tergivesatur autem Pa-  
 rochus in copulando eum cum alia, quia scis  
 Christiano non licere habere duas uxores: an  
 recte. 307.

RESOLUTIO: Parochus non habet ius-  
 tam causam difficultandi circa Turcam copu-  
 landum cum Catholica, non obstante, quod  
 habeat in Turcia, aliam Coniugem. Ita enim  
 expresse decidit Innocent. III. cap. *Quanto &  
 cap. Gaudemus, de divortijs.* Arque colligitur  
 ex Apostolo 1. ad Cor. 7. ubi ait: *Quod si fide-  
 lis discedit, discedat: non enim servituti subiectus  
 est frater aut soror in huiusmodi: Quæ verba sic  
 interpretatur Ecclesia, frater aut soror fidelis*

308. non subicitur ligamini prioris Coniugij, sed potest illud deserere, & aliud novum inire.

## CONFIDENTIA. XII.

Puella à parva ætate habuit animum intrandi Religionem, tamen obsequitur voluntati Parentum eam collocantium in Matrimonium in nuptijs autem inaudijt, ex Amico docto, quod primo bimestri non teneatur reddere debitum Comparti, & interea possit ingredi Religionem soluto Matrimonio; quod illa volens observare coacta est à marito ad copulam carnalem: Iam quæritur, an possit nihilominus Religionem ingredi. Ratio dubitandi est, quia Matrimonium consumavit: tale autem inrer fideles est indissolubile. Nihilominus fit

RESOLUTIO pro puella: Dicta sponsa potest Religionem ingredi ac profiteri: per professionem autem matrimonium consummatum non dissolvitur. Ratio est: Quia passa injuriam jure suo non privatur: Itaque eam ipsi si injustè inferens sibi impurare debet, quod tunc debeat in cælibatu permanere: Atque ita sufficienter responsum est ad rationem dubitandi.

## CONFIDENTIA. XIII.

309. Superba Virgo plebeja nupsit opifici, qui per integrum annum eam non potuit eò adigere, ut sibi præstaret copiam sui corporis; interim illa cum milite aufugit, atque militiæ duo

duos liberos ex eo susceptos, sedentes in Patriam, ut possent inter se contrahere, scripserunt Romam pro dispensatione, quam etiam ab Innocentio X. obtinuerunt: jam quaeritur an Summus Pontifex potuerit dispensare cum hujusmodi plebeis in Matrimonio rato.

**RESOLUTIO**: Potuit utique, quia fecit, non iste tantum, sed & plures Antecessores ipsius; ut refert P. Gob. & Casum & Pontifices, qui dispensarunt, de Matrim. Casu 18. u. 678. & seqq. At non sine gravi causa? quia scilicet ex priori conjugio timebantur mali exitus. Vide cit. P. Gob. Ar.

**Quæres**: Quid modo Summus Pontifex potuit credere illud Matrimonium non fuisse solummodum ratum & non consummatum, quia superba convixit opifera per annum in communi mensa & lecto? &c. Testes fuisse sufficientes pro ipsa, primò Maritus, qui quaerebatur contra superbam, quod nunquam ipsi petenti debitum, parere voluerit: secundo domestici, qui sæpius audierunt eos iurgantes in lecto, utique propter negatum viro debitum ab uxore. Tertio miles testificans, se eam virginem reperiisse.

#### CONFERENTIA. XIV.

**H**elveta Zwinglianus, Calvinista sociavit sibi puellam eodem fermento conspersam, qui post matrimonium consummatum se contulit ad partes Catholicas, ubi Catholica fide imbu-



rus inaudiens uxorem suam ex concessione  
Prædicatorum alij nupsisse viro, cum licentia  
Parochi viri docti ac Religiosi etiam sibi aliam  
copulavit uxorem, post aliquot annos susceptis  
quinque liberis secessit ad alias partes, in qui-  
bus sciebat Helvetæ primam uxorem super-  
vivere, adeoque res fuit delata ad Vicarium ge-  
neralem pro facienda separatione illius a sua  
secunda uxore: judicavit autem desuper requi-  
situs Pater Gobat, eos nullatenus esse separan-  
dos: an recte; Et quam ob causam,

RESOLUTIO prima. R. P. Gob. recte  
probat, Matrimonium Helvetæ cum secunda  
non fuisse dirimendum [non obstante quod sen-  
tiant Matrimonia Hæreticorum esse æque in-  
dissolubilia, & Sacramenta, ac Catholicorum  
ex sequenti ratione: Quia judicialis sententiæ  
tanta est auctoritas, ut semper pro iudice præ-  
sumi debeat, donec contra ipsum aliquid legi-  
time comprobetur, text. c. in præsentia de re-  
nunciat. Adeo ut secundus Parochus præsu-  
mere debeat, priorem rectè functum suo offi-  
cio respectu Helvetæ copulari cum secunda:  
Atqui primus Parochus, a quo contractus ille  
matrimonialis fuit initus, tulit sententiam de  
licito transitu ad secunda vota, quam appro-  
barunt tres viri sapientes: Contra hanc verò  
sententiam nil legitime probatur, fuit à denun-  
ciatoribus Helvetæ apud secundum Parochum  
nisi quod prima Coniux adhuc viveret: pote-

rat

terat enim illa: non fuisse legitima uxor propter aliquod impedimentum v. g. affinitatis vel cognationis carnalis, aut spiritualis, quod ab hæreticis non curatur, quod tamen [vel maxi- 311.  
me curari debet: Igitur &c.

**RESOLUTIO** secunda: Helveta dicitur, qui Catholicam duxit, repudiata priori uxore Calviniana, fuit hanc ob causam incarceratus cum lata sententia capitis contra ipsum à serenissimo & Reverendissimo D. Episcopo Friburgensi Alberto Sigismundo. Ita refert. *vit. P. Gobat. tr. 10. de matrim. n. 708.* adeoque secundum Matrimonium fuit pro invalido iudicatum,

#### CONFERENTIA. XV.

Unus aliquis post votum castitatis simplex contraxit Matrimonium an licite, aut saltem valide.

**RESOLUTIO:** si is contraxit Matrimonium 312.  
animo illud consummandi, peccavit moraliter & contrahendo, & quoties petiit debitum ab uxore. Patet, quia hæc omnia repugnant Voto in re gravi.

Dixi autem; animo illud consummandi, absque tali enim animo peccatum non est, alioquin B. V. Maria cum Iosepho contrahendo peccasset, quod a sit. Porro validum sine dubio est huiusmodi Matrimonium, quia per votum simplex corpus solum promittitur Deo, non vero ad se ipsi traditur: quando autem rem uni promissam alteri tradit, alterius est, qui

traditionem accepit, non eius, qui promissionem: Igitur &c.

CONFIDENTIA. XVI.

Maritus timeret proles multiplicandas, ut contraheret impedimentum petendi ac reddendi debitum uxori, natum filiolum ex prioris coniuge defuncto levavit in Baptismo, atque ita contraxit cognationem spirituales cum uxore. Queritur itaque, an per hoc absolutus fuerit ab onere reddendi debitum suæ coniugi.

RESOLUTIO Prima: Uxor dicti Mariti per cognationem istam spirituales non fuit privata jure suo petendi ab eo debitum conjugale? ac per consequens ille non fuit deobligatus ab onere reddendi. Ratio est: Quia nullus potest, aut certe debet jure suo privati absque sua culpa, ut habetur expresse Cap. ad limina 30. q. 1. Et certe dolus marito non debet patrocinari: igitur uxor illa potuit nihilominus exigere, & maritus debuit reddere exigenti debitum conjugale.

RESOLUTIO secunda: imò probabilius est, Maritum potuisse etiam petere debitum ab uxore: pater ex cap. de eo 30. q. 1. ubi habetur si autem coniuges legitimi unus aut ambo, ex industria fecerint, ut Filium suum de fonte susciperent, si inupti permanere voluerint, utpote continentim servando, bonum est, si autem gravis penitentia infidatorum iniungatur, & simul maneant: unde cum secundum hunc Canonem

nonem separandi non sint, qui ex industria contraxerunt huiusmodi cognationem spirituales, sequitur eos licite posse reddere & petere debitum ab invicem; scilicet sint ambo in continuo periculo peccandi quod Pontifex utique non admiserit.

## CONFIDENTIA. XVII.

316.

**M**aritus adamans sororem uxoris suae cum ea carnaliter commixtus est, atque ita contraxit affinitatem cum uxore; quaeritur, an potuerit de caetero ab ea debitum petere?

**RESOLUTIO** est negativa: quia talis petitio est incestuosa ab Affine in primo gradu ac contra praecipuum Ecclesiae in re gravi, in cap. I. de eo, qui cogno vit consanguineam. *Si quis cum filiastra scienter fornicatus fuerit, nec à matre debitum petere, nec filiastra, nec ille ullo unquam tempore poterit se alius matrimonio copulare (intellige) licite.*

## CONFIDENTIA. XVIII.

**M**atrona honesta conquesta est apud Confessarium de Marito, quod soleat exigere ab ea debitum modo inordinato seu praepostere: quid ipsi consulendum.

**R.** Primo: certum esse apud omnes, talem concubinum, non obstante, quod serverur vas naturale, esse peccatum mortale, quando est verisimile periculum effusionis seminis extra vas legitimum: non minus certum, existen-

te

re aliqua neuitate, quando scilicet dispositio corporis, v.g. nimis pinguis in marito, vel in uxore gravida tumens venter aliud non permittit) nullum esse peccatum, si id fiat in vale legitimo citra periculum effusionis seminis. Ratio est, quia modus ille in tali circumstantia cohonestatur à necessitate, ut non sit illicitus, cum non sit variatio substantialis, sed accidentalis tantum.

¶. Secundo: Quando Vir exigit debitum ab uxore modo indebito quoad litum, ob meram voluptatem, probabiliter solum venialiter peccat, illà que potest etiam probabiliter se ipsi accommodare, si timeat ejus indignationem, aut diminutionem amoris conjugalis. Ratio est, quia uxor, potesta em corporis sui non habet, quoad omnem actum, ex quo sequi potest generatio: potest autem ex tali actu sequi generatio propter virtutem attractivam uxoris, igitur &c. Cæterum quia inordinatè quærere delectationem, etiam intra limites Matrimonij, culpa venialis est, taliter petens debitum à culpa veniali non excusatur. Dixi autem *probabiliter solum venialiter peccat*, quia plures graves DD. existimant, taliter peccare: atque adeo hujusmodi Conjuges graviter increpandos esse, monent etiam illi DD. qui mitius nobiscum sentiunt, qui sunt Sanchez, Gob. & Patrieus Sparer, quia scilicet bruta animantia imitantur.

CON.

## CONFERENTIA. XIX.

**V**Nus aliquis prima nocte post Copulationem cum sponsa factam in Ecclesia, concubuit cum sorore sponsæ, contrahendo cum Sponsa affinitatem: jam quæritur, an primo bimestri possit absque peccato mortali reddere debitum; suæ uxori id flagitanti? Ad quod

& Non posse Ratio est: quia quoties Coniunx ligatus v'nulo affinitatis non tenetur ex lege justitiæ alteri debitum reddere, reddendo peccat mortaliter: sed per primum bimestre non tenetur reddere ex justitia secundum omnes, igitur, &c. Idem dicendum post illud bimestre, si resciat interim adulteratam esse uxorem cum alio: quia tunc etiam tenetur uxori petenti debitum reddere ex justitia, consequenter etiam non potest absque peccato mortali.

## De Impedimentis Matrimonij.

Error.

## CONFERENTIA. XX.

**E**rronius existimans, se contrahere cum Donata, contraxit cum Decipula, quæritur, an validè.

& Erronium non contraxisse valide cum Decipula. Ratio est: quia ad Matrimonium

va-

validè contrahendum jure naturæ requiritur  
 consensus in certam personam : quando autem  
 persona ignoratur, cum qua contrahitur, non  
 habetur consensus in *determinatam* illam Per-  
 sonam, in proposito Decipulam : igitur  
 &c.

## CONFIDENTIA XXI.

320. **I**Uveni nobili cogitanti inire matrimonium  
 cum sibi æquali, ex qua possit habere prolem  
 masculas capaces Canoniatum in Ecclesia  
 Cathedralibus Germaniæ, offertur speciosa  
 garrula mentiens certum stemma prænobile,  
 cum esset cauponis filia : quæritur proinde,  
 an matrimonium ab iis contractum fuerit va-  
 lidum ; Ratio dubitandi est, quia hic error  
 versatur solummodo circa qualitatem Nobili-  
 tatis desideratæ, qui non videtur officere con-  
 tractui.

¶. Istud matrimonium fuisse nullum.  
 Ratio est, quia error istius qualitatis redundat  
 in errorem substantiæ sive Personæ, id est,  
 qualitas personæ intendebatur à Juvene Nobili  
 per modum conditionis, sine qua cum tali  
 persona non contraxisset, adeo ut noluerit  
 personam illam, tali qualitate non affe-  
 ctam : contractus autem cum conditione  
 ininitus, eâ non stante non stat : igitur  
 &c.

Con

ticam  
Marri

Conditio.

CONFERENTIA. XXII.

321.

Quidam Apostolicæ Sedis Legatus Cardinalis Militem à muliere propter conditionis servilis separavit Errorem : an juste ?

¶. Justissime. Ratio est : Quia contractus Matrimonialis suapte naturâ requirit legitimum consensum liberum in determinatam personam secundum omnes : Sed in contractu inito cum Errore conditionis proprie servilis, deest hujusmodi consensus in personam servilem : Igitur ex natura contractus irritus est. Minor probatur. Quia eatenus contrahens [in proposito miles] consentit transferre potestatem sui corporis in alteram partem [mulierem] quatenus altera pars transfert eandem in illum : Cum ergo altera pars servâ non habeat potestatem liberam transferendi suum corpus in militem, nec ille eam transferre censendus est ac per consequens contractus fuit irritus & nullus : ergo justissime Cardinalis Legatus hujusmodi separavit.

Votum.

CONFERENTIA XXIII.

Religiosus profugus à Monasterio, Religione & Fide Catholica accepit uxorem hæreticam, quæritur, an inter eos fuerit verum Matrimonium ?

Ne.



¶ Negative ex Titid lell. 24. can. 9. quis dixerit, Clericos in sacris ordinibus constitutos, vel Regulares castitatem solemniter professos posse matrimonium contrahere, contractum quod nullum esse, non obstante lege Ecclesie vel voto, anathema sit. Et ratio est: quia qui se totum tradit uni, non potest se tradere & obligare alteri atqui huiusmodi per votum solenne castitatis corpus suum tradit Deo totum, Ecclesia non nomine solemniter acceptante, ergo non potest illud tradere alteri in Matrimonio ac consequenter dirimit Matrimonium sequens tam Religiosi, quam Clerici in sacris constituti.

### Cognatio Carnalis.

#### CONFERENCE. XXIV.

323.

**L**utheranus junxit sibi Matrimonio sororis sue Neprem, seu Filiam sororis filiam post factus Catholicus quaesivit ex Parochiano sibi liceret contrahere cum alia, super te sua uxore haeretica sibi cognata in tertio gradu Lineae collateralis inaequalis.

¶ dicit parochus, omnino ipsi id licere propter impedimentum Cognationis antecedens Matrimonium dirimens; An bene, Ratio dubitandi est, siquidem hoc impedimentum est juris Ecclesiastici: adeoque non videtur ligare haereticos Ecclesiae non subiectos.

**RESOLUTIO.** Parochus bene respon-

Neophyto, ipsi licere progredi ad secundas nuptias celebrandas. Ita Gobat, *Traët, 9. de impedimentis matrimonij, Casu 1. sect 1. referens pro se Less. Suar. & plures alios, contra plur. s. Probatur*: Et enim talia connubia [cum impedimento Juris Canonici] non valent nisi accedat approbatio, vel ad minus dissimulatio tacita Summi Pontificis, ut admittit sententia opposita, atqui non præsumitur Pontifex vel Ecclesia consentire in hujusmodi consuetudine, aut eximere illos à communi lege, cum sint rebelles Ecclesiæ, neque ullum hac in re favorem aut benignitatem mereantur, ne forte ex sua contumacia commodum reportent: & sane mirum esset, Hæreticos exemptos esse à jejuniis, festis, impedimentis Matrimonij jure Ecclesiæ inductis, ex eo, quod Ecclesiæ Authoritate contempra aliam hætenus consuetudinem observarint: igitur, &c.

Major, ut dixi, est partis oppositæ niten-  
tis in consuetudine contraria Hæreticorum, &  
in præsumpra concessione, aut saltem dissimulatio tacita Ecclesiæ vel Summi Pontificis.  
Min. vero probatur: nam si frustra legis auxilium invocat, qui committit in legem, cap. bonæ 23. de Elect. à potiori præcluditur spes omnis favoris aut indulgentiæ Pontificiæ illis, qui omni ratione conantur Pontificem spoliare sua potestate, eumque vocitant, sentiunt,

tiunt, de prædicant & scribunt, esse Antichri-  
stum: hoc autem palam estfacere Hæreticos  
modernos: ergo minimè præsumendum est,  
Pontifices cum huiusmodi rebellibus dispen-  
sare, aut etiam dissimulare super impedi-  
mentis à se latis pro uniuersa Ecclesia. *Confirm.*  
Primo. si enim Princeps politicus haberet di-  
sponere de valore Matrimonij, hic certe  
nunquam probaret matrimonia inita à rebelli-  
bus subditis, qui ipsius euerionem & necem  
quærerent, ergo idem dicendum de summo  
pontifice respectu hæreticorum. *Confirm. se-  
cundo*, Clemens VIII. expresse damnauit  
Matrimonia contracta coram Prædicantibus  
(de quo infra) sed nemo censetur tacite ap-  
probare, quod expresse improbat: igitur  
*et. Confirm. tertio*. Quia Congregatio  
Cardinalium, ut refert *Gallebart. in Trib.*  
*24. sess. cap. 40.* expresse declaravit, non  
esse dispensandum in Matrimonio contracto  
inter Hæreticum & Catholicam iunctos ali-  
quo gradu Cognationis aut affinitatis gradu,  
vocat quæ hæc matrimonia Exitialia, irrita,  
null. Sed cum Patronis sententiæ, oppo-  
sitæ

*Dices Primo.* Longa consuetudo  
est in contrarium: Ergo iam præscripsit,  
valida esse matrimonia Hæreticorum cum  
impedimento cognationis in tertio & quar-  
to gradu.

*Con.*

*Contra* : Consuetudo non potest tollere vim legis, nisi ex tacito vel expresso consensu Principis : sed ex dictis Ecclesia vel Summus Pontifex non potest præsumi in dictam consuetudinem consensisse : Igitur &c.

*Dices secundo* Secundum communem Theologorum, leges etiam Ecclesiasticæ pendent ab acceptatione populi : Sed Hæretici non acceptant has leges irritantes Matrimonia : Igitur &c. & dist. M. pendent ab acceptatione populi morigeri, & ex rationabili causa conc. M. populi repellis, & sine tali causa neg. M. & eodem modo dist. M. neg. conseq. Unde addit Suar. Nemo potest eximi ab obedientia propter inobedientiam : Igitur Hæretici non obediunt legi Ecclesiæ, ab ea nullatenus eximuntur, petes, quid si prior uxor fieret etiam Catholica, vellentque cohabitare Marito suo converso ? & Forte admittendam, & cum dispensatione Reverendissimi Ordinarij ex utraque parte petendus novus consensus. Ita praxis.

Crimen.

### CONFERENTIA. XXV.

Quidam Confessarius in Ecclesia Miraculosa Virginis excipiens Confessiones peregrinantium narravit se pro una eademque vice habuisse tres seqq. casus. Primus fuit viduæ, quæ cum spe & promissione Matrimonij sæpius habuit copulam cum uxurato, tandem mortua uxore actu contraxit cum adultero.

Se-

Secundus erat viri, qui vivente uxore senicula  
 affiduo peccabat cum ancilla cum promissione  
 futuri Matrimonij, quod ut eo citius potirentur,  
 ex communi consilio obtulerunt uxori  
 venenum, qua extincta solemniter celebrarunt  
 nuptias. Tertius erat etiam alterius viri,  
 qui cum alterius uxore contraheret, cum ea  
 conspiravit, ut illa suam, & ipse suam in me-  
 dio tollerent, quo facto inter se contraxerunt,  
 nullo prius admisso adulterio. Jam ergo quaeritur,  
 an hi tres contractus fuerint validi.

&. Omnes tres trium partium esse jure Eccle-  
 siastico irritos. Patet ex *cap. 1. de Convers. in-  
 fidel. Laudabilem. Et cap. si quis vivente 31. q. 1.*  
 ubi expresse hoc impedimentum statuitur, ad  
 obtruncandam causam conjugibus committendi  
 crimina uxoricidij & maritidij. Cæterum  
 secundum omnes DDes solum adulterium non  
 est hujusmodi crimen, sequens Matrimonium  
 cum adultera dirimens: Nec sola fides data si-  
 ve promissio Matrimonij absque adulterio, nec  
 denique sola machinatio mortis, etiam ef-  
 fectu securo una cum adulterio, si non sit facta  
 intentione contrahendi cum adultera.

Cultus Disparitas.

CONFIDENTIA, XXVI.

227. **M**ulier Catholica nupta viro Acatolico,  
 confiterur in loco Catholico Confessario,  
 quod viro Acatolico Inupserit, dum potuif-  
 set habere suæ fidei consortem: Et quod proles

masculas debeat viro educandas permittere, nisi velit verberibus excipi. Ad quam consolendam Rodericus Confessarius memor impedimenti, quod vocatur *Cultus disparitas*, eam non habere legitimum Matrimonium cum suo viro, posseque alij nubere. An recte.

RESOLUTIO prima: Per cultus disparitatem intelligunt jura & Theologi diversitatem Religionis, quæ est inter Baptizarum & non Baptizarum, non autem illam, quæ est inter Catholicam & Hæreticam. Ita omnes omnino, atque adeo pessimum fuit Consilium Confessarij datum poenitenti mulieri.

Dices pro Excusatione Confessarij: A catholicum, utpote osorem Sacramenti non habuisse intentionem faciendi Sacramentum, quod est radix indissolubilitatis; adeoque fecisse ad summum contractum politicum de se solubilem. 328.

¶ Primo: Confessarium non cogitasse de hoc effugio subtili hæreticorum; sed fuisse solum in errore, quod inter Catholicam & A catholicam esset *Cultus disparitas* Matrimonium irritans.

¶ Secundo: A catholicos ut plurimum esse hæreticos materiales tantum, adeoque licet non credant Matrimonium esse Sacramentum, utique sic instructi à suis majoribus, intendunt tamen conficere, quod Christus instituit, & per consequens Sacramentum; neque enim er- 329.

For privatus Sacramenti officere potest ratio Sacramenti, si adsit intentio generalis facienda id, quod Christus instituit. Probatum ab exemplo de Baptismo, quod si enim Turca qui nullum credit Sacramentum, nec scit rationem Sacramenti, baptizaret parvulum agonizantem, ea intentione, qua solent baptizari Catholici, verè utique & valide conficeret Sacramentum Baptismi: quidni igitur etiam in proposito Hæreticus.

330. & Tertio: Vel vult A catholicus contrahere matrimonium, efficaciter facere contractum vel non vult efficaciter contractum, etiam implicitè vult id, quod ex institutione Christi est contractui annexum; utpote Sacramentum, non vult efficaciter contractum, contractum non efficit ideoque nec matrimonium. Et hoc præ tendit instantia pro Confessario adducta, rectè imò plus infert, quam intendit.

331. RESOLUTIO secunda: Rectè, & merito confessæ est mulier Catholica, quod viro A catholico nupserit, dum posset habere consortem Catholicum. Ratio est: quia peccavit mortaliter contrahendo, communicando cum Hæretico in rebus sacris & ministrando Sacramentum indignò, utpote quia Coniuges sunt ministri Sacramenti? tum quia exposuit se periculo Apostasiæ, aut saltem educationi periculosa in errore A catholico, quod sane illicitum est. Dixi autem; dum posset habere confes-

tem Catholicum, Quia secundum Lessium, si puella nequeat inter Catholicos reperire conjugem paris conditionis, posset licite nubere Aetholico, intellige, si desit periculum subversionis, & pactum impium educandi proles in fide heterodoxa.

332.

Vis & Metus.

### CONFERENCE XXVI.

Filia à juvene stuprata defert illum ad Patrem qui stupratori minatur accusationem apud judicem, & pœnas debitas procuraturum via justitiæ, nisi eam ducat, hic eo metu percussus, ducit illam in uxorem: quæritur, an valide ratione metus.

R. Validissime: quia hic metus juste incutitur: jura autem hujusmodi matrimonia non irritant, nisi propter metum injuste incussum: Igitur &c.

### CONFERENCE XXVIII.

Inimicus tuus te insequitur districto gladio ulturus injuriam sibi à te illatam: tu videns te esse in manifesto periculo mortis, procidis in genua dicens: parce vitæ, accipiam unam ex filiabus tuis in uxorem, eamque dotabo. Estne hic metus sequens matrimonium irritans.

R. Negative Ratio est: quia non est incussus in ordine ad contrahendum matrimonium, sed ad vindicandum injuriam, adeoque tu liberissime consentis in id, ad quod alter te non cogit

03

CON-



334.

## CONFERENTIA, XXIX.

Procus procatur pro filia cuiusdam viduae illa nil minus vult quam procum: Hæc autem nisi Proco nupserit & verberibus te excipiam & mater tibi amplius non ero. Filia ergo hoc timore adacta consentit in Matrimonium: An valide.

R. Invalide: Ratio est: quia intervenit metus gravis injuste incussus à causa extrinseca libera, talis autem secundum omnes irrita Matrimonium, cum propter diminutam libertatem tum propter injuriam filiae datam.

Ordo.

335.

## CONFERENTIA, XXX.

Clericus accipiens Subdiaconatum expressè protestatus est contra votum Castitatis ipsius ex voluntate Ecclesiae annexum, & ideo postmodum contraxit matrimonium: an valide.

R. Cum P, Gob. Casu 13. de Matrim. n. 271. ipsam quidem liberum esse à voto, nuptias tamen ipsius fuisse sacrilegas & nullas, non quidem ratione voti, sed ratione ordinationis sacrae libere susceptæ. Ratio est utique voluntas Ecclesiae instituentis.

## CONFERENTIA XXXI.

336.

Quidam existimans, votum Continentiæ esse annexum quatuor minoribus Ordinibus, cum qua persuasione permittit se ordinari priusquam autem suaderet Subdiaconatum induxit uxorem: quæritur an valide! R. Gob. cit.

cit. n. 275. Eum peccasse mortaliter celebrando nuptias cum erronea Conscientia, factum tamen tenuisse. Prima pars per se constat. Secunda ex eo, quod nemo valeat emittere votum, quod privata auctoritate vel errore dirimat matrimonium.

Ligamen.

337.

CONFERENTIA. XXXII.

Fuerunt quondam plures mulieres, quae viros suos causa captivitatis vel peregrinationis absentes ultra septennium praestolatae fuerunt, nec certificari potuerunt de vita vel morte ipsorum, licet super hoc sollicitudinem adhibuerint diligentem, & pro juvenili aetate sua seu fragilitate carnis nequiverint continere, petiverint alijs matrimonio copulati, adeoque per Episcopum Sedem Apostolicam consulere, num sibi liceret ad secundas nuptias progredi. Pro resolutione sit

Relatio Summi Pontificis, tunc Clem. III. cap. in praesentia. De Sponsal. & Matrim. ibi. Consultationi tuae taliter respondemus, quod quotocunque annorum numero remaneant, viventibus viris suis, non possunt ad aliorum consortium canonice convolare, nec auctoritate Ecclesiae permittas contrahere, donec certum nuntium recipiant de morte virorum. Haec Clem. similiter Lucius III, Papa 6. Dominus. de secundis Nuptiis, decernit, ut nullus amodo ad secundas Nuptias, mi-

O 4

grave

grave præsumat, quoad constet, quod hac vi-  
ta migraverit uxor eius. Ratio autem huius  
responsionis est: Quia quancumque tempo-  
re certo non constat de morte conjugis, ma-  
ner dubium: Ar. in eo dubio possidet certa  
lex matrimonij, quæ servanda est: siquidem  
in dubio factum non præsumitur, sed demon-  
strari debet. Attende, donec certum nuntium  
recipiant, non masculinæ, unum tabellarium,  
qui referat de obitu conjugis absentis: sed in  
neutro, id est, certam relationem & informa-  
tionem, vulgo, *gewisen bericht*: ut ipse sig-  
nificat Lucius Papa alijs verbis, quoad constet  
scilicet per Instrumenta, plures testes de visa, aut  
per sententiam Judicis, seu authenticam ma-  
gistratus testificationem: vel etiam Parochi tes-  
tantis se mortuum vel mortuam sepelivisse,  
aut etiam alterius viri omni exceptione maio-  
ris.

Publica Honestas.

CONFERENCE XXXIII.

338. Unus aliquis habens votum castitatis per-  
petuæ fecit sponsalia cum Lucia, qua mortua  
ante nuptias celebratas, contraxit nova Spon-  
salia cum Lucie mortuæ sorore Lucilla obren-  
ta jam solutione voti. Quæritur ergo, an Spon-  
salia cum Lucilla contracta fuerint valida; Ra-  
tio dubitandi est, quia per priora sponsalia vi-  
detur fuisse contractum impedimentum dir-  
mens cum consanguineis Lucie in primo gra-  
du.

du, non obitante quod fuerint invalida : non enim erant invalida defectu consensus.

**RESOLUTIO :** Posteriora sponsalia inita cum Lucilla fuerunt omnino valida. Ratio est : quia priora erant invalida. ( quia illicita ) sed sponsalia invalida quomodocunque non causant modò amplius impedimentum publicæ honestatis : sic enim statuit Conc. Trid. de sponsal. c. 3. his verbis : *justitiæ publicæ honestatis Impedimentum, ubi Sponsalia quacunque ratione valida non erunt S. Synodus prorsus tollit, ubi autem valida fuerint, primum gradum non excedant : igitur &c.* Ex quo patet, quid dicendum ad rationem dubitandi : utpote post *Con. Trid.* non amplius contrahi hoc impedimentum ex sponsalibus quomodocunque invalidis, tamen non ex defectu consensu.

**CONFERENTIA. XXXIV.**

**C**rescentia celebravit sponsalia cum Crescente, ante nuptias moritur Mater Crescentis, Crescentia ut posset habere pro viro Patrem Crescentis, rescindit cum consensu Crescentis facta Sponsalia, eaque inquit cum Patre : an valide ? Ratio dubitandi est, quia gravissimi DD, ait. à P. Gob. Cas. 15. restantur, esse à quadam Congregatione Cardinalium ita decisum, ut si dissolvantur sponsalia per mutuum consensum, cesseret eo ipso impedimentum exinde ortum. Sit itaque

339.

RESOLUTIO : Sponsalia Crescentiæ ini-  
ra cum Patre Crescentis sunt probabilius nulla  
ob impedimentum publicæ honestatis. Ratio  
est : quia certum est , ex prioribus sponsali-  
bus ortam fuisse impedimentum publicæ ho-  
nestatis inter Crescentiam & Patrem Crescen-  
tis : sed hoc minime pendet à voluntate  
Sponsorum , ut eorum libita permaneat  
vel lesser , quia penes ipsos quidem  
est dissolvere sponsalia , non tamen tol-  
lere impedimentum ; siquidem per mortem  
alterius sponsorum etiam dissolvuntur spon-  
salia , & tamen tunc non cessat impedimen-  
tum : igitur , &c.

& dent AA. contrariæ sententiæ : Quando  
sponsalia dissolvuntur per morem alterius ,  
ea non cessare ratione sui , sed ratione subjecti  
pereuntis , quando autem expirant per mu-  
tuū consensum , tunc evanescent ratione sui im-  
mediate , sive per eandem causam consensus  
mutui , per quam prius facta fuere , itaque  
non sequitur : Per mortem expirant sponsa-  
lia , non tamen impedimentum , ergo licet  
per mutuum consensum etiam expirent spon-  
salia , non tamen impedimentum ; Atque  
hæc est ratio oppositæ sententiæ non improba-  
bilis, Sed

Contra est novissima & authentica Declara-  
tio Eminentissimorum Card. sub. Alexandro  
VII. apud Fagnanum in cap. ad aud. etiam , de  
Spon-

*Sponsalibus & Matrim.* Ubi habetur, quod sequitur, Jubente Sanctissimo Domino notio propositum fuit in sacra Congregatione Concilij, an sponsalibus valide initio contractis deinde mutato consensu dissolutis sit sublatum impedimentum justitiæ publicæ honestatis, & dubio pluries proposito & mature examinato, tandem sub die 6. Jul. 1658. Eminentissimi Patres in antiqua ejusdem Congregationis sententia consentientes censuerunt, non esse sublatum. Quam conclusionem postmodum Summus Pont. 10. ejusdem Mensis approbavit, eamque jure in dubium deinceps non revocari.

**Affinitas.**

**CONFERENTIA. XXXV.**

**M**agnus Pater duorum filiorum, Maximi & Maximini, duxit in uxorem Maximillam matrem duarum filiarum, Maxentiæ & Maximianæ, Et ut bona omnia Maximillæ non parva venirent ad domum Magni, persuasit Magnus Maximo ducere in uxorem Maxentiam, & similiter Maximino contrahere cum Maximiana. Quæritur ergo, an duo posteriora Matrimonia Maximi dum Maxentia, & Maximini cum Maxenciana fuerint valida? Ratio dubitandi est, quia tales solent se invicem appellare Affines.

**RESOLUTIO** est Affirmativa ; Ratio est clara

clara: quia per hoc, quod Magnus cognoscendo carnaliter Maximillam, contraxerit Affinitatem cum filiabus Maximillæ, & similiter Maximilla cum filijs Magni, filij Magni eandem non contraxerunt cum filiabus Maximillæ, nec hæc cum illis: solus enim cognoscens alteram carnaliter, fit Affinis consanguineis cognitæ, & cognita consanguineis cognoscentis, usque ad quartum gradum; non autem cognoscentis consanguinei cum consanguineis cognitæ, nec e contra. Itaque ad Rationem dubitandi. & id fieri per abusum. Ita Innocent. III. cap. quod super. 2. de Consang. & Affinit.

## CONFERENTIA XXXVI.

342.

**D**UM Cajus parat se ad nuptias celebrandas cum Caja, aperit Cajeta soror Cajæ in Confessione, se sepius carnaliter peccasse cum Cajo; ut proinde Cujus incurrerit affinitatem cum Caja in primo gradu, quia in eodem Cajo est consanguinea Cajetæ: quid igitur Parocho faciendum.

**RESOLUTIO**: Si Cajeta habuerit cum Cajo copulam ex omni parte perfectam, Cajus haut dubie contraxit affinitatem cum Caja, ut proinde eam non possit ducere uxorem; atque adeo debet dicere Cajetæ, ut Cajum admoneat de copula secum habita, & de contracto impedimento cum Caja sorore. Quod si autem copulæ habitæ cum Cajeta non fuerit

rit facta per nixtio teminum utriusque intrs  
vas debitum, nulla fuit contracta affinitas  
inter Cajam, & Cajam & per consequens  
nullum impedimentum verans aut dirimens  
Matrimonium.

343.

CONFIDENTIA. XXXVI.

**T**itia confitetur Tito, se imprægantam à  
Titiano, qui factus est Titiaë, se aliquo-  
ties habuisse commercium carnale cum con-  
sanguinea Titiaë: quærit itaque Titia, an  
possit urgere Titianum ad contrahendum se-  
cum matrimonium.

**RESOLUTIO** danda Titiaë, est: si  
consanguinea illa Titiaë sit ipsi cognata intra  
secundum gradum, Matrimonium non  
valiturum: si autem sit ille consanguinea in  
tertio aut quarto gradu tantum, somnino vali-  
turum. Ratio est in promptu: quia scilicet  
affinitas contracta ex copula illicita, non ex-  
cedit secundum gradum, impedit autem in  
primo, & secundo. Ita omnes.

*Petes.* Unde possit scire Titia, in quonam  
gradu illa sit affinis Titiano? Resp. ex Re-  
gula communi Canonistarum: quoto gradu  
fornicaria illa est consanguinea Titiaë, toto  
gradu ipsa Titia est affinis Titiano.

CONFIDENTIA. XXXVII

**M**aritus commisit adulterium incestuosum  
cum consanguinea uxoris: an per hoc  
contraxerit affinitatem cum uxore, Et quid  
talis affinitas operetur.

344.

RE.



RESOLUTIO : Si illa , cum qua maritus vere commisit incestum adulterinum , si uxori consanguinea intra secundum gradum ( vel vicissim ) ille ( vel illa ) incurrit impedimentum peccandi debitum sub mortali , quamvis innocenti debitum reddere possit , ac teneatur. Habetur expresse in iure toto titulo , de eo , qui cognovit consanguineam uxoris suae : estq. communis omnium DDum.

### Impotentia.

#### CONFERENTIA. XXXVIII.

345. **U**Na aliqua mulier conqueritur de magna difficultate & multo dolore , quem experitur in consummatione actus conjugalis ; ideoque petit divortium viro dissentiente , an iuste ?

ꝛ. Si difficultas ista non impediatur veram coitionem in vase naturali , eam non dirimere Matrimonium. Sic enim exprimitur in cap 2. de Coniugiis leproforum. Et Tit. frigidis & masculis. Ubi definitur , valere matrimonium ejus , quæ potuit per incisionem sine mortis periculo apta reddi copulæ : quod utique non fit absque doloris discrimine : igitur , &c.

CON.

CONFIDENTIA, XXXIX.

346.

**V** Ir aliquis nunquam poruit penetrare vas  
foeminae quocunque conatu adhibito :  
quare dubitans de valore matrimonij consuluit  
hac de re Dominum Parochum, quid responsi  
expectare potuit.

**RESOLUTIO** : Si impotentia illa fuerit  
perpetua, quae scilicet nec per naturam, nec  
per artem sine vitae periculo, nec per Exor-  
cismos Ecclesiae tolli potuerit, matrimo-  
nium fuit nullum. Ratio est manifesta : si-  
quidem omne matrimonium est datio potesta-  
tis corporum ad carnalem copulam, si pe-  
tatur : sed talis impotens non habet sui cor-  
poris potestatem ad copulam, ut fatetur :  
igitur, &c. Caeterum separandi non sunt  
absque praescitu Iudicis Ecclesiastici, cuius  
est casus veritatem indagare, ne forte  
sub praetextu impotentiae lateat alia ma-  
litia.

CONFIDENTIA, XXXX.

**A**lius fatetur potentiam ad alias, impo-  
tentiam autem ad uxorem : quid de hoc  
sentiendum.

**R.** Esse impotentiam respectivam, quae,  
si sit perpetua, non minus dirimit Matrimo-  
nium, quam absoluta. Ratio est : quia  
sicut impotentia absolute est impedimentum

347.

con-

contrahendi cum omni, ita respectiva cum tali: ergo sicut illa dirimit Matrimonium cum omni, ita & hæc cum hoc vel hac.

*Dicit.* Impotentiam, respectivam causatam per maleficium, posse depelli per aliud maleficium: Adeoque non esse perpetuam, nec consequenter irritate Matrimonium, sed Impedimentum, quod potest tolli solummodo per maleficium, absolute tolli non posse: quia juxta jura, quod jure, id est, licite, non possumus, absolute non possumus.

### C O N F E R E N T I A, XXXXI.

348. **V**ir & mulier contendunt ad invicem coram Judice de impotentia ad coeundum ipso dante causam mulieris arctitudini, adeoque prætendente incisuram; illa autem causante nimiam grossitiam viri; quid consilij?

*Responsio.* facilis: Visitentur per honestos ac honestas respective, si excessus inventus fuerit in viro, mulier non tenebitur pari scissuram: si vero extraordinaria arctitudo reperta fuerit in muliere, illa obligabitur adhibere curem artificis. Ratio primæ partis est: quia, ubi defectus est in viro, is debet sibi subvenire per propriam curationem: quod

Quod si non possit, dimittat uxorem, ut alium ducat. Ratio secundæ partis est, quia mulier contrahendo obligavit se ad copulam: consequenter & ad media necessaria ad illam, si non habeant annexum periculum vitæ, aut aliud grave incommodum.

Raptus.

CONFERENCE XXXII.

349

**D**uo Officiales milites diverterunt in hospitio publico ad album leporem, in quo hospitabant duæ filiae perpulchræ, Christina & Euphrosina, unus illorum sollicitavit pro Christina consentiente, alter pro Euphrosina reclamante, apud parentes quoad utramque omnino repugnantes: discessuri quisque suam clam abripuit, unus Christinam volentem, nolentem Euphrosinam alter: ubi autem pervenerunt ad exercitum, cum ambabus consentientibus celebratæ sunt nuptiæ: Queritur ergo; an valide propter Conc. Trid. Constitutionem sess. 24. cap. 6. de reform. ubi decernit S. Synodus, inter Raptorem & Raptam, quamdiu ipsa in potestate Raptoris manserit, nullum posse consistere Matrimonium.

**RESOLUTIO** prima: Inter primum Officialem & Christinam fuit validum Matrimonium. Ratio est: quia Raptus propriè dicitur dirimens Matrimonium, secundum omnes est abductio puellæ ex potestate parentum violenta ad alium locum Matrimonij contra-

P

he-

hendi causa : sed in proposito nulla violentia Christianæ, neque parentibus, eisi inuitis, igitur &c. atque ita respondit ad hunc casum, Lucius III. cap. cum causam, de raptoribus, apud Patric. hic.

350. RESOLUTIO secunda : Inter alterum Officium & Euphrosinam celebratum Matrimonium est validum & invalidum : *Validum*, si illa à Raptores separata, ac in loco tuto, & libero constituta, illum in viram habere consenserit : *invalidum* autem, si in potestate Raptoris permanserit. Ita conc. ci. his ipsis verbis. Ratio utriusque partis est : Quia Concilio eo decreto nil aliud intendit, nisi libertati Matrimonij providere : sed hæc libertas servatur, quando Euphrosina posita in tuto ac libero loco consentit : & non servatur, quamdiu manet in potestate Raptoris : ergo in priori casu fit Matrimonium validum, invalidum in posteriori.

#### CONFERENTIA. XXXXIII.

Miles sperans se Colonello suo viduo optatum gratum facturum, si puellam honestam per Raptum adductam, ipsi præsentaverit in Matrimonium : Fecit sic : At quia puella Colonello non placuit, ipse Miles cum ea contractavit, an valide ; Resp. valide. Ratio est : quia nullitas Matrimonij solus infertur contra Rapientem pro se, non contra Rapientem pro alio ; unde in casu proposito tam Colonellus quam

quam Miles potuit valide contrahere : Ille quidem, quia non rapuit, hic autem, quia pro se non rapuit, sed pro alio. Ita cum alijs Sanchez disp. 13. num. 2. Tamburin. l. 1. Decalog. c. 6. n. 16.

## Absentia Parochi.

## CONFERENCE, XXXIV. §52.

Quia in multis partibus Germaniæ hæretici mixti Catholicis, eodem templo utuntur utique, indubie per Catholicos Pastores promulgatum fuit Conc. Trid. annullans Matrimonia contracta in Absentia Parochi, vel Sacerdotis ab eis destinati, & promulgatum, neque receptum ab hæreticis, non abs re controversitur, utrum Matrimonia in huiusmodi Templis celebrata ab que præsentia legitimi Parochi sint valida.

RESOLUTIO prima: Certum est, Matrimonia Catholicorum in tali Templo celebrata absente Parocho & duobus vel tribus testibus esse irrita & nulla. Ratio est: quia Conc. Trid. annullans huiusmodi Matrimonia, sess. 24. cap. 1. de reform. Matrim. fuit à Catholicis promulgatum, acceptatum, nec abrogatum.

RESOLUTIO secunda: Matrimonia celebrata ab hæreticis in templo, communi ipsis & Catholicis, coram prædicante habenda sunt pro legitimis. Ita Tanner tom. 4. disp. 8.

q. 2. dub. 6. n. 122. Laym. *Diastil. & alij.* Apud  
*Gob. hic Cas. 18. n. 460.* quibus tamen ipse non  
 acquiescit. Ratio illorum, quia Papa sciri  
 non debet fieri & tamen ob vitanda majora mala, non  
 declarat hujusmodi Matrimonia irrita, &  
 consequenter ea tacite approbat. Quia autem  
 hoc argumentum fuit sup. Conf. 35. reproba-  
 tum, ideo aliter probatur ex ipsomet P. Gob.  
*cit. n. 454. & seqq.* ubi dicit, *Decretum Conc.*  
*Trid.* non obligare, nisi promulgatum, recep-  
 tum, ac præterea non abrogatum usu contra-  
 rio: sed ab hæreticis non fuit promulgatum,  
 minus receptum, & insuper abrogatum usu  
 contrario, Igitur &c. Sed contra.

Obijcit P. Gobat. num. 464. Rescriptum  
 quoddam *Congreg. Conc. Trid. ad Episcop. Tri-*  
*ebariensem Nuncium Apost. in Belgio,* quod inter  
 cetera sic habet: hæreticos quoque, ubi de-  
 cretum cap. 2. *Conc. Trid.* est publicatum, te-  
 neri talem formam observare, & propterea  
 etiam ipsorum Matrimonia absque forma  
 Concilij, quæ amvis coram Ministro hæretico  
 contracta, nulla atque irrita esse, & In temp-  
 lis communibus Catholicis & hæreticis, esse  
 quasi duplicem Parochiam, unam in Catholicorum  
 Acaholicorum alteram: Conceditur itaque  
 promulgatio *Trid.* quoad unam, negatur quo-  
 ad alteram. Et licet facta fuerit à Catholicis  
 in cathedr. hæreticorum, non fuit tamen ac-  
 ceptata ab hæreticorum parochia, sed potius

si contrarium abrogata. Ideoque ipsam non obligat.

354.

Dices: Prædicantem parochiæ hæreticorum non esse verum Parochum: consequenter non est minister legitimus Sacramenti Matrimonij. & Secundum communem DD. sensum, non requiritur, ut qui Matrimonio assistit, à parte rei verè sit Parochus, sed sufficere, si habeat titulum saltem coloratum: ita ut communi errore habeatur Parochus, nec sit intrusus absque omni titulo. Ita Bulebaum: Cæterum propter auctoritatem Clem. VIII. tit. Conf. 35. contrario opinio verior est.

### CONFERENTIA. XXXXV.

Sponsus & Sponsa celebrantes Sponsalia coram Parocho & aliquot testibus, utuntur verbis de præsentibus, *accipio te in meam, accipere in meum*, Nunquid fecere matrimonium; Ratio dubitandi est: quia ad valorem matrimonij aliud non requiritur, quam ut in præsentia Parochi & duorum testium masculus tradat suam corpus femellæ, & illa suum mari.

355.

Resp. Cum Navarr. c. p. 12. num. 79 & Lay. tract. 10. part. 2. cap. 4. num. 15. non debere præsumi, sponso voluisse contrahere Matrimonium cum peccato, nondum præmissis denuntiatioibus sub gravi obligatione requisitis adeoque licet ex imperitia utantur verbis de præsentibus, præsumuntur tamen, per ea velle solummodo sponsalia celebrare. Quod si ta-

P 3

men



men conitaret, eorum voluntatem fuisse contrahendi matrimonium, illud fuisse utique validum, sed ipsi impunes non evasissent.

### CONFERENTIA, XXXVI.

356. Si Sponsus sit ex Parochia, in qua promulgatum est Conc. Trid. & Sponsa ex alia, in qua non est promulgatum, valebitne matrimonium celebratum in Parochia sponsæ sine præsentia Parochi? & Valiturum. Ratio est quia contractus quoad valorem pendunt à legibus loci, in quo fiunt cap. fin. de foro compet. Non valiturum autem, in Parochia Sponsi ob eandem rationem.

### CONFERENTIA, XXXVII.

Si Sponsus & Sponsa ex Parochia, in qua promulgatum est Conc. Trid. accederent ad aliam Parochiam non subiectam Decreto dicti Concilij, ea solam intentione, ut ibi sine ullo Parochio contraherent, peractoque contractu mox domum remaneant, an valide contraherent? Affirmativam tenet Sanchez lib. 3. disp. 28. cum alijs.

357. RESOLUTIO: Si dicti Sponsus & Sponsa casu ac per modum transeundi, non ex industria, venirent ad talem locum non subiectum Decreto Trident. valeret ipsorum contractus. Ita DD. communissime. Teste Gobat. his Cas. tit. 484. Ratio est eadem, quæ in priori casu videlicet, quia valor contractus dependet à legibus loci etiam quoad peregrinos. Quod

autem ex industria eo le conferent, non animo  
ibidem perseverandi, contra ipsorum contra-  
ctus valorem refert, ex *Lug. Gob. cit. n. 481. bre-*  
*ve quoddam Autheticum Urbani Octavi datum*  
*anno 1627. ad Archiepiscopum Colonensem seqq.*  
*tenoris: Non esse legitimum Matrimonium sic con-*  
*trahentium cum fraude. Quod sequitur Lug.*  
*Tambur. & ipsemet Gob. cit. dicens: Se non ha-*  
*bere ullam probabilem rationem negandi,*  
*quin illud Breve revera emanaverit ab Urbano*  
*Octavo. Cæterum in locis, in quibus dictum*  
*breve aut non est publicatum, aut saltem pub-*  
*lica ejus notitia non habetur, valet utique sen-*  
*rentia Sancheziana, nec separandi sunt, qui*  
*ita contraxere.*

CONFIDENTIA. XXXXVIII.

Sponsa unius capitur amore alterius, quem  
proinde vult habere maritum cont adicente  
priori: ut ergo altero potiatur, petit à Vicario  
Parochiali, ut aut copulet, aut det licentiam  
alij copulandi ipsam cum altero: negato utro-  
que adit ipsum D. Parochum, supplex pro ea-  
dem licentia obinenda. At ille nec concessit  
petitam licentiam, nec prohibuit alienum Pa-  
rochum accedere: Accessit itaque, & contrac-  
tum fecit de præsentibus cum adamo in præsen-  
tia alieni Sacerdotis, quid de hoc contractu  
sentiendum; Tota difficultas consistit in hoc  
an non prohibens D. Parochus accessum ad al-  
ium Parochum vel Presbyterum, cenetur p. l.

358.

fit dedisse licentiam postulatoribus, qua valeant ab eodem copulari, Itaque fit

**RESOLUTIO** : Probabile est, dictum contractum fuisse validum. Ratio est: quia secundum *Cominck Disput. 27. dub. 3. num. 29.* Quævis signa clare exprimentia voluntatem mere internam dandæ licentiæ sufficiunt, imo secundum *Gobat. Tract. 9. cas. 14. n. 557.* certum est, nullo modo exigere verba formalia licentiam exprimentia, sed horum vices supplere posse tum reales & positivæ, tum etiam negativæ circumstantias; sed in proposito D. Parochus dicendo ad sponfos supplices, non facio vobis licentiam accedendi alium Parochum ( utique ne videretur posse iuve cooperari ipsorum peccato, si quod forte timendum erat ) nec prohibeo alium accedere [ si scilicet ventis hoc peccatum in vos suscipere ] clare expressit voluntatem internam ipsis gratificandi adeoque licentiam postulatam concedendi saltem negativè. Igitur &c. *Confir.* ex communi modo loquendi; non prohibeo vos accedere alium Parochum idem est, ac non nego vobis licentiam petitam accedendi alium Parochum pro assistentia matrimoniali; non negare autem licentiam petitam, quid aliud est, quam eam concedere, Igitur, &c.

359.

**CONFIDENTIA. XXXIX.**

**P**ost factas denunciations duorum sponzorum, supervenit ab Ordinario prohibitio

Pa.

Parocho. ne eos copularet: Illi scientes se omni ex parte hábiles, audierunt sacrum Parochi eoque finito cum testibus accesserunt ad altare sibi que invicem coram Parocho de præsenti compromiserunt matrimonium: an valide.

*Ad. Diana part. 10. tr. 13. resol.* hoc Matrimonium fuisse Romæ & Mediolani pronuntiatum validum, licet contrahentes fuerint panis mulctati. Et ratio est evidens quia præter præsentiã Parochi & testium, non requiritur consensus Ordinarii aut Parochi, sed solum contrahentium.

## Denunciationes Matrimonij.

### CONFERENTIA. L.

**S**enex multorum prædiorum possessor & Caupo, ac propterea consorte conjuge indigens, contraxit sponsalia cum ancilla, & ne impediretur à Matrimonio cum illa contrahendo à filiabus jam maritatis, aut certè irideretur, petiit à Parocho copulari ommissis denunciationibus consuetis, quæ tamen factæ fuerunt tribus diebus ferialibus post missam: quæritur, an validum fuerit illud Matrimonium; & an Parochus potuerit dispensare in denunciationibus. 360.

**RESOLUTIO** Parochus non potuit dispensare in denunciationibus, sed bene declarat se ad eas hic & nunc non obligari, dummodo aliunde certus fuerit non subesse aliquod

impedimentum. Ita P. Gob. Tract. 10. Cal. 13. Ratio autem est : quia Conc. Trid. denunciations requirens, non concedit super iisdem dispensationem nisi Ordinario seu Episcopo : quia autem Parochus vidit hic & nunc subesse rationabilem causam dispensandi si adesset Ordinarius, potuit rationabiliter declarare decretum Trid. ipsum non obligare ad denunciations faciendas.

## CONFIDENTIA. LI.

361. **M**ille imprægnavit puellam, quam proinde vult ducere in uxorem, rogat itaque Parochum ut intermissis Denunciationibus ipsis dignetur assistere Matrimonium contracturis : alioquin dimissa puella ipsi redeundum esse ad Castra : quæritur ergo, an id possit facere Parochus ? R. posse : Ratio est, quia ex dilatione Matrimonij iminent peccata, & puellæ gravis Confusio : igitur si prius jurent se non ligari aliquo impedimento, poterunt copulari absque denunciationibus. Ita March. in Resol. past. tr. 8. cap. 1. n. 2. & Gob. ubi sup.

## CONFIDENTIA. LII.

362. **S**ponsus & Sponsa celebraturi Matrimonium coram Parocho & testibus, abhorrent multum à denunciationibus faciendis coram populo, allegant falsam causam remissionis earundem v.g. disparitatem Conditionis nobilem cum ignobili : divitis cum paupere :

concupinarij cum concubinaria ; qui vulgo habentur veri conjuges ; timorem, ne à consanguineis aut parentibus injuste impediatur &c. Atque ideo copulantur intermissis denunciationibus ; an valide.

&. Valide quidem, quia denunciationes non sunt de substantia Matrimonij : at tanè illicitè, siquidem talibus *cap final. de clandestinis desponsationibus* iubetur, ut condigna poenitentia eis iniungatur.

## CONFERENCE LIII.

Sponsus ex Diœcesi Augustana, & Sponsa 363.  
Diœcesis Constantiensis, habent justam causam petendi dispensationem super denunciationibus exequendis, petunt & obtinent ab Ordinario Constantiensi, non autem etiam ab Augustano : quæritur, an valeat dispensatio. &. valere pro utraque Diœcesi: Ratio est: quia Conc. Trid. dat licentiam dispensandi Ordinario : hic autem esset dispensatio Ordinarij : igitur &c. Ita sentiunt *Sanchez Disp. 7. n. 7. Bonacina q. 2. de Matr. p. 6. & Hurtad. disp. 5. difficul. 19. n. 64.*

## CONFERENCE LIV.

Vagabundus & Vagabunda petunt à Parocho loci, in quo pernoctarunt copulari absque prima denunciatione, an recte ? &. tales frustra denunciati iri utpote ignotos hominibus loci, in quo volunt contrahere : quod si igitur aliud impedimentum non 364.  
is.

intercedat, Parochus licet ipsorum Matrimonio assistet absque denunciationibus,

365.

## CONFIDENTIA LV.

Si Sponsus & sponsa sunt in diversis Parochiis, an debeant proclamationes fieri in utraque? &. Cum *communissima DDum*, faciendas esse in utraque, addit tamen *Laym.* Non debere damna consuetudinem quæ ad huc hodie in quibusdam Ecclesiis viget, ut denunciationes fiant solummodò in Parochia, in qua celebrantur nuptiæ. Ita *P. Gob. in hac Materia* & ex ipso *P. tricius noster Theol. sacram. part. 4.*

366.

c. 1. sect. 4. n. 378.

## CONFIDENTIA LVI.

Factis denunciationibus recordatur amicis sponsi, sibi fuisse à Sponso apertum, sub juramento servandi silentium, aliquod impedimentum conjunctum cum infamia; quaeritur, an amicus ille teneatur aut possit illud aperire Parocho denuncianti contra juramentum? &. Cum *Gob. Tr. 10. cas. 13 n. 536.* amicum debere, servato ordine charitatis, prius monere obnoxium illi impedimento, ut desistat à cogitato Matrimonio, alioqui se suæ conscientiae satisfacturum in eo deferendo: si id non iuvat, repetere debere monitionem coram alio bono amico, vel amica, aut certe parentibus obnoxij; & si neque hoc profuerit, servandum illi erit præceptum Christi, *Dic Ecclesiæ. Vide Sanchez. l. 3. disp. 13. n. 7. sed.*

Di-

Dices : amicum hoc aperturum Ecclesiæ seu Parochi acturam contra juramentum. R. Cum, Sanch. cit Perez. Et Dic. stillo cit. à Gob. cit. Plus deferendum esse præcepto superioris & Reverentiæ Sacramenti, ac salutis animæ, quam tali iuramento.

CONFERENTIA LVII. 467

Volentibus contrahere Titio & Caja matrimonium, dum, fierent proclamationes in Ecclesia insinuavit se quædam mulier dicens, se ab una ex senioribus audivisse, eos adinvicem consanguineos esse in quarto gradu: quæri ergo potest, an Parochus audeat pergere vel desistere à copulatione? R. cum Gob. cit prior, Confer n. 542. Parochum posse pergere ad copulationem: Ratio est: quia testans ex auditu de consanguinitate non auditur, quando auditur ab uno solo è maioribus, & non à duobus vel pluribus. Ita Navar. Et alij.

CONFERENTIA LVIII.

Marulu & Marula contraxere inter se Matrimonium peractis denunciationibus intra octiduum, ipso die octavo, quo facta est ult. 368. ma denuntiatio Marula mortua post paucos dies, insinuarunt se eius cognati repetentes sex mille aureos, quos Marula Marulo reliquerat, probantes Matrimonium eorum fuisse nul.



nullum ob certum impedimentum, quod demonstrarunt. Iam ergo iure quaeritur, an cognati iuste potuerint repetere dictam pecuniam.

Ratio dubitandi est: quia non insinuarunt dictum impedimentum ante copulationem, ut moris est, ac perinde non amplius audiendi.

RESOLUTIO: *Paris Gob. cit. Conf. 68. est.* Ego censeo testes fuisse a thuc audiendos, quia nullo iure praecipitur ut testes deponant ante ultimam proclamationem, sed sufficit si ante copulationem; quia igitur illa copulatio facta fuit praesertim, ipso scilicet die tertiae proclamationis, habuere iustissimam causam causandi, se fuisse festinatione praeventos, & inferendi praesumptionem e mala fide sponso-  
rum.

#### CONFIDENTIA. LIX.

369. **D**um post factas enunciationes procederent ad Ecclesiam copulandi a Parocho Sponsus & Sponsa, detectum fuit impedimentum cognationis inter Sponso-  
rum: quid faciendum fuit Parocho: an copulandum eos cum prohibitione copulae carnalis, usque dum impetrata foret dispensatio ab Episcopo: an vero desistendum a copulatione? *re.* Abstinentum fuisse a copulatione: Ratio est: quia ante contractum Matrimonij non tam facile dispensatur in ordine ad contrahendum cum consanguineis, quam post contractum  
bona

bona nōc. Deinde incertum fuit dispensaturum in hoc casu Episcopum : & tandem quia valor Sacramenti Matrimonii fuisset suspendendus usque ad datam dispensationem ab Episcopo, quod non est tam cito admitendum. Poterant ergo nihilominus cum hospinibus invitati, hilares esse, ac paratas epulas contumere postque obtentâ dispensatione, absque ulteriori pompa contrahere. Ita iterum P. Gob. ut. n. 545.

## Benedictio Matrimonii.

## CONFERENCE. LX.

Quidam contraxit Matrimonium cum quadam intermissis Benedictionibus ideoque cognati voluere excludere filios ab hæreditate tanquam illegitimos, propterea quod tale Matrimonium vocetur **Clandestinum** an recte.

**RESOLUTIO** : Cognati non habuerunt ullam causam excludendi filios Matrimonij celebrati sine benedictionibus ab hæreditate :

Ratio est : quia benedictio non spectat ad rationem vel substantiam Matrimonij, ita quidem, ut possit omitti absque omni peccato, etiam in locis in quibus solent adhiberi, nisi inde oriretur scandalum. Ita P. Gob. tr. 100 Cas. 14. n. 561. & 562. citans Navar. Rationem adducit, quia Synodus Trid. requirens Benedi-

di-

ditiones autur solo verbo hortandi , non præcipiendi. Unde ad rationem dubitandi in oppositum R. non omnia , quæ reddunt Matrimonium clandestinum , irritant illud , sed solum absentia Parochi vel testium : ut liquet ex littera *Conc. Trid. sess. 24. c. 2. de reform Matrim.*

## CONFERENTIA. LXI.

371. **Q**uia in cap. *vir de secund. nupt.* Prohibentur benedicti secundæ nuptiæ , licet vel solus vir vel sola mulier ad eas transeat , quæritur non abs re , num id necessario observandum ?

R. Ex P. Gob. cit. n. 563. & seqq. obtinere generalem consuetudinem Diœceson ( teste *Barbôs. & alis* ) ut si viduus ducat virginem , reperatur solemnibus benedictio , contradicente expresse obsequiali constantiensi fol 385. interrim exprimente Navar. posse consuetudine introduci , ut etiam , quando mas virgo ducit viduam jam ante benedictam , benedicatur uterque. Et *Henriq. l. 11. c. 16.* ait generatim consuetudine receptum esse , ut si alter contrahentium non accepit ante benedictionem , uterque benedicatur. Tu sequere Rituale tuæ Diœcesos , & non errabis.

## Cognatio Spiritualis.

## CONFERENTIA. LXII.

372.

Puellulæ recens natæ, ac domi ab obstetricæ baptizatæ, ubi in Ecclesia solitæ cæremoniæ à Parocho adhiberentur, afficit sub nomine Patrini Honestus Iuvenis, qui post 16. annus cum ea petit Matrimonium contrahere: an poruerit? Ratio dubitandi est: Quia tæto illo tempore habebatur & appellabatur à Parentibus & puella Patrinus.

&. Inter Honestum & puellam nullam intercessisse cognationem spirituaalem propriè dictam, sed solum imperfectam, quæ olim vocabatur Carhechismus, nunc per desuetudinem, & Conc. Trid. Decretum *sess. 24. de Sacram. Matr. c. 2.* omnino abrogatam. Ratio verò est: quia cognatio spiritualis non contrahitur nisi per Baptismum vel Confirmationem; eaque solum inter baptizantem, confirmantem, & baptizatum, confirmatum, ac parentes baptizati, confirmati, item inter levantem ex Baptismo, tenentem in Confirmatione & levantem, tenentem ac parentes levati tenentem: Sed in proposito nullus fuit factus Baptismus, nullus levans ex Baptismo, sed solum assistens cæremonijs in priori Baptismo omissis: Ergo nulla orta cognatio spiritualis inter assistentem & puellam, ejusve parentes: atque adeo Honestus licitè poruit contrahere cum puella, cujus

Q

cæ

ca renonijis Baptismi altitit, nisi aliquid aliud  
oblitat

CONFERENCE. LXIII.

373.

Viduus factus est Patrinus legitimus Proli  
Jucundæ ; mortuis marito Jucundæ &  
prole, affectat ducere Jucundam in uxorem,  
frerus illo axiomate germanico. Das Kind ist  
gestorben / die Gevatterschaft hat ein Ende.  
Au bene.

& Pessimè : Ratio est in promptu ; quia  
longè aliud est extingui paternitatem inter Pater-  
rinum & prolem ex Baptismo levatam, aliud  
cessare cognationem seu conjunctionem spiri-  
tualem incurtam per levationem prolis ex Bap-  
tismo inter levantem & parentes levati ; illa  
enim ( utpote relatio paternitati ) desinit esse  
desinente altero extremo ; at hæc manere con-  
vincitur, quamdiu utrumque extremum ma-  
net ; Itaque manet spiritualis cognatio inter  
Patrinum & matrem prolis baptizatae, licet  
extincta fuerit alia inter patrinum & prolem  
emortuam.

CONFERENCE. LXIV.

374.

Parvulus Sexennis ex voluntate parentum  
tenuit in Confirmatione puellam ejusdem æta-  
tis, facti adolescentes percipiunt ad invicem  
Matrimonium contrahere : & dum ipsis obij-  
ceatur impedimentum cognationis spiritualis  
reponderunt, se in illa ætate nescivisse, quid  
agerent. Quæritur ergo, an potuerint absque  
dispensatione contrahere ?

Ræ.

**RESOLUTIO** : Potuerunt utique : Quia pro illa ætate non præsumitur tanta rationis capacitas, ut possent facere intentionem exercendi illam cæremoniam, quod ab omnibus requiritur ad contrahendam cognationem spiritualem : Igitur &c.

De Dispensatione Impedimentorum.

**CONFERENCE LXV. 375.**

**Q**uidam in concione tactus conscientia, aperiit Confessario se peccasse carnaliter cum mulieris cujusdam filia, ac postea duxisse mulierem illam in uxorem : quærit proinde ex Confessario, an id ipsorum Matrimonio non noceat ?

Respondit Confessarius, nocere plane in tantum, ut vel debeant separari ab invicem, vel procurare dispensationem de novo contrahendi. Sed quid, inquit, uxor mea dicet, si deberet de novo contrahere ? & quid alij homines, si separabimur, quid ergo faciendum tali Confessario cum suo pœnitente.

¶ **Q**uia contractus initus est bona fide à nescientibus, vel saltem non cogitantibus de impedimento Affinitatis : Nec potest fieri separatio propter scandalum & infamiam : postulandam esse dispensationem à summo Pontifice, vel ( si paupertas hoc impediatur ) ab Episcopo per Confessarium, pro novo contractu faciendo.

Petes qualiter debeant formari litteræ postu- 376.

Q 2

lato-

latone dispensationis : & ponendum esse Casum scilicet contractum factum à duobus ( sine nomine ) bona fide , elapso autem aliquo tempore recordatus est vir , se prius cum uxoris filia carnaliter peccasse , adeoque impedimentum Affinitatis cum matre incurrisse ; & cum ob paupertatem prohibeatur Romam accedere obnoxius rogat pro dispensatione in ordine ad revalidandum Matrimonium.

Peres secundo : & quid ulterius faciendum Confessario , ubi hæc omnia obtinueris , hoc opus , hic labor est.

R. Itaque instituendum esse pœnitentem , ut novum consensum ex uxore eliciat ad contrahendum Matrimonium prius nullum ; Ita tamen , ut ea advertere nequeat causam istius novi consensu ; Erat enim antea utriusque consensu nullus propter inhabilitatem materiæ , & ideo necessum est utrumque renovari ; v. g. ut pœnitens dicat uxori , timeo vel suspicor , angorque conscientia ex certa causa , Matrimonium inter nos non valuisse , ideo rogo te ad pacandam meam conscientiam , ut quantum opus est , in Matrimonium nostrum ambo de novo consentiamus : Itaque in nomine Domini , ego te mihi accipio in uxorem ; cui illa respondeat : & ego te mihi accipio matritum. Nec enim est melior , nec facilius modus extorquendi novum consensum , ex parte ignorante impedimentum.

CON

CONFERENCE A. LXVI.

**C**onfessarius vel Parochus ex confessione u- 377.  
nuius, advertit latere impedimentum irri-  
tans Matrimonium, quod putat se habere cum  
alia: & si illud aperiat, vel non poterit obti-  
nere dispensationem, vel certe alia mala se-  
quentur, non secutura, si conjuges potati in  
bona fide permittantur: Quid igitur faciendum.

**RESOLUTIO:** Quando Confessarius de-  
prehendit, poenitentem esse in bona fide, seu  
ignorantia inculpabili sui impedimenti, & si  
informaretur de nullitate Matrimonij, infor-  
matum non derelicturum suam putantiam  
conjugem, sed potius cum ea peccaturum, aut  
si eam derelinquat, oritura gravissima scandala,  
aliaque incommoda ac difficultates circa proles  
susceptas &c. Eo casu debet Confessarius pru-  
denter dissimulare. Ratio est: quia ex duo-  
bus malis minus est eligendum: minus autem  
malum est fornicari materialiter tantum in bo-  
na fide conjugij, quam accepta informatione  
indiscreta, formaliter peccare &c. Igitur &c.

CONFERENCE A. LXVII.

**Q**uando Poenitens non est in bona fide, sed 378.  
vel conscius sui impedimenti & nullitatis  
Matrimonij, aut de eo suspicans inquit ex  
Confessario veritatem, eaque habita non potest  
impetrari dispensatio, quia forte est juris natu-  
ralis [ut ligamen aut cognatio in primo gradu

Q 3

quid



quid tunc faciendum Confessario & Pœnitenti.

**RESOLUTIO** : Confessarius debet tales monere, ut abstineant ab omni Matrimoniali usu, non tantum à copula, sed etiam ab omni alio actu impudico solutis illicito, cum revera soluti sint. Imo inducendi ac cogendi sunt, ut omni possibili modo vel prætextu separentur: v. g. per fugam occultam, ingressum Religionis servatis servandis, aut divortij procuratione sub aliquo titulo. Quod si nihil horum succedat, & moraliter omnino impossibilis videatur separatio, ob gravissima inde oriunda damna, scandala &c. promittant serio vel etiam jurent continentiam perfectè servaturos, atque ita permittantur cohabitare tanquam frater & soror. Ita *DDes communiter*, sed prò quam periculosum! atque talia solent esse regalia Confessariorum: quæ ipsis utique nemo invidet.

379.

**CONFERENTI A. LXVIII.**

Duo inter se contraxerunt in gradibus prohibitis, bona quidem fide, prætermittis denunciationibus: quæritur itaque, an pro his sit impetrabilis dispensatio, *R. à Conc. Trid. sess. 24. cap. 5.* decerni, ut, qui aut scienter contraxit intra gradus prohibitos, aut ignoranter quidem, sed non præmissis denunciationibus, separetur, & ipse dispensationis careat.

CON.

CONFÉRENTIA. LXIX.

**B**ertha volens nubere Bartholo consanguineo <sup>380.</sup>  
in tertio gradu, procurat dispensationem  
in scio Bartholo: an valeat.

R. Valere, etiam invito Bartholo, Ratio  
est: Quia ex natura rei plus non requiritur,  
quam ut impedimentum a parte rei tollatur;  
tollitur autem eo ipso, quod ex una parte tol-  
latur, quia uno correlativorum desinente, des-  
inat & alterum: Igitur &c.

CONFÉRENTIA. LXX.

<sup>381.</sup>

Dum unus ex Religiosis Mendicantibus ex-  
ciperet Confessiones, in quadam Ecclesia Or-  
dinis S. Benedicti celeberrima, inter complu-  
res poenitentes, petit unus ab eo dispensatio-  
nem super impedimento perendi debitum pro-  
veniente ex voto castitatis simplici præceden-  
te Matrimonium consummatum, alius in eo,  
quod ortum habet ex affinitate infra secundum  
gradum superveniente, qui scilicet peccaverat  
cum consanguinea suæ uxoris, quaeritur, an  
potuerit utique pro voto satisfacere.

RESOLUTIO: Regulares mendicantes à  
Ministro Provinciali specialiter deputati, in  
voto conscientiae ex concessione Pij V. possunt  
dispensare in dictis impedimentis perendi de-  
bitum. Ita enim sonant verba Pontificis con-  
cedentia Minorum Ministris Provincialibus,  
ut possint committere Confessoribus approba-  
tis juxta Conc. Trid. decretum, auctoritatem

Q 4

di-

dispensandi cum ijs, qui ante Matrimonium  
voverunt Castitatem, ut licite possint debitum  
petere. Quod intelligendum esse de Matri-  
monio rato, ut consummetur, & de consum-  
mato, ut licite debitum petatur, docent *Sanch.*  
*Sayr.* & *Portel* apud *Cassaign.* Tr. 5. cap. 5. prop. 4.

### CONFERENCE LXXI.

Refertur à varijs quoddam Privilegium PP.  
Augustinianis à Leone X. concessum, in quo  
datur potestas dispensandi cum ijs, qui scien-  
ter vel ignoranter contraxerunt cum impedi-  
mento affinitatis, etiam in primo gradu, mo-  
do id notorium non sit, neque productum in  
judicium. Quæritur itaque, an Mendicantes  
communicantes hodieum licite uti possint  
hoc privilegio.

Respondet *P. Gob.* tr. 9. cas. 23. num. 710. et  
se verosimilius, tale privilegium vel nun-  
quam emanasse, vel si emanavit, non  
subsistere. Quia vero plures ipsi robur tribuunt,  
non est imprudentiæ reus ille ex Ordine Men-  
dicantium Regularis, qui nactus duos ejusmo-  
di conjuges conscios impedimenti orti ex for-  
nicatione, constitutos in manifesto periculo in-  
cestuolorum concubituum &c. Et impossibili-  
tate morali separationis, dicet ijs: Dispense  
vobiscum, quoad possum.

Ratio est, quia satius est, in morbis desperatis  
adhibere dubiam, quam nullam medicinam.  
*Hæc Gob. cit.* citans pro se *Sanch.* & *Valent.* Ego  
pro

pro mea parte ordinarie suadeo omnibus, ut ad validanda Matrimonia invalide contracta propter impedimenta affinitatis, consanguinitatis, &c. Non præsument illa validare sine speciali Ordinarij licentia ore tenus vel scriptis obtenta: Ita enim, quantum scio, est modo communis & ordinaria praxis Confessorum Regularium, saltem nostratum.

CONFERENTIA LXXII.

382.

Parochus reperit causam rationabilem dispensandi cum Parochiano in petendo debito, à quo impeditur Ratione incestus commissi cum consanguinea uxoris, vel propter simplex votum Castitatis emissum ante contractum matrimonialem, scribitque Patri Franciscano Lenzfidam peto a R. V. ut dispense, cum NN. [tacito proprio nomine] in debiti petitione: eritne res salva, si ille Franciscanus Confessarius, rescripserit, dispenso.

R. Cum Quintannad. Singul. tr. 9. singul. 11. apud Gob. tr. 10. num. 604. affirmative: quod bene nota.

CONFERENTIA LXXIII.

Quando uni conjugum certo & physicè constat Matrimonium esse nullum, ob notum impedimentum dirimens, & altera pars bona fide indubitanter Matrimonium valere putat, quæri potest, an si hæc debitum urgeat, illa parere teneatur aut possit?

RESOLUTIO: Nec debet, nec potest

Q 5

abs.

absque peccato fornicationis : Communissima DD. apud *S. cum Sanchez Lib. 2. Disp. 31.* et expressè Innocent. III. cap. *inquisitioni*, de sent. Excommunicationis. Ubi consultus de tali Respondit : Debet potius sententiam Excommunicationis humiliter sustinere, quam per Commertium carnalē cooperari peccato mortali. Ratio autem est clara : Quia fornicatio est intrinsicè mala semperque illicita : Atqui non potest negari, quin tunc admittatur propriè fornicatio, cū & revera sint soluti.

Dices : Pars innocens licitè petit ; ergo altera licitè reddere potest &c. Dist. antecedens : Licitè petit, id est, non peccat petendo, conc. antecedens : Licitè, id est validè, & habens jus, neg. antecedens, & conseq. per hoc enim quòd ille propter bonam fidem non peccet petendo, non potest dare jus huic licitè reddendi, utpote scienti impedimentum dirimens. Aliud esset, si solùm opinaretur probabiliter Matrimonium esse nullum : Tunc enim teneretur reddere conjugī qui bona fide contraxit donec incertus fiat, ut parùm aut nihil dubii remaneat.

## CONFERENTIA LXXIV.

385. **S**atrappa cujusdam oppidi commisit adulterium cum uxore oppidani viri Nobilis & opulenti, oppidanus natum filium spurium, pu-

purans suum, cum aliis filiis educavit, ha-  
reditavit, &c. Quæritur ergo, an, & ad quid  
obligetur Sarrapa & adultera Nobili oppidano,  
ejusque legitimis filiis.

**RESOLUTIO** : Adulter Sarrapa, si mo-  
raliter certus sit prolem esse suam, obligatur  
ad restitutionem pro omnibus damnis conse-  
cutis marito & liberis Legitimis. Ratio  
est manifesta quia omnis injuste damnificans  
proximum tenetur ad restitutionem : Sed a-  
dulter vere injuste damnificat oppidanum,  
ejusque filios : Igitur &c. Intellige tamen,  
*per se loquendo* : Nam si adultera ipsa damnum  
compensaverit, vel compensare velit, aut  
adulter id præstare nequeat ob impotentiam  
physicam vel moralem, utpote ob periculum  
vitæ, famæ &c. per accidens deobligabitur.

**CONFNERENTIA. LXXV.**

**S**ed quid si Sarrapa nullo modo cooperatus  
fuerit ad hoc, ut filius spurius supponeretur  
oppidano tanquam proprius à sola adulte-  
ra ? 386.

Ratio dubitandi est, quia tunc sola mater  
videtur esse omnium damnorum inde secu-  
torum causa.

**RESOLUTIO** : Sarrapa tenetur ad re-  
stitutionem damnorum secutorum ex suppo-  
sitione spurij tanquam filij, sive suaserit ad  
eam

eam, siue non iuauerit. Ita *Patricius* nosse  
*Theolog. sacram. part. 4. num. Communi.* Ratio  
 est: Quia licet mater immediate supponat  
 prolem illegitimam marito, adulter tamen est  
 causa illius suppositionis, & consequenter  
 damnorum sequentium, quantenus scilicet ipse  
 facto suo coniecit matrem in talem necessitatem  
 ne prodar suum denarium: Ergo tam adulter  
 quam adultera subjacent obligationi ad facien-  
 dum damnis ex tali suppositione secutis.

## CONFIDENTIA. LXXVI.

387. Quid si adulter non sit moraliter certus pro-  
 lem esse suam, sed vere & probailiter  
 dubitet, an non sit mariti: An tunc obliga-  
 tur saltem ad partem damnorum secundum  
 quantitatem dubii: Affirmant *Molin.* &  
*Laym. apud Patric. cit. Conf. preced.* Nihilominus  
 & *Cum Patricio num. 544.* & pluribus apud  
 ipsum, negativè:

Ratio est: Quia in dubio melior est con-  
 ditio possidentis. Nemo enim tenetur aliquid  
 solvere, se re sua spoliando, nisi constet ip-  
 sum teneri: Atqui quando adulter non est  
 moraliter certus, quod proles sit sua, sed  
 dubius an non sit mariti, non constat ipsum  
 esse debitorem: igitur, &c.

Dices, Adulterum non esse in bona fide &  
 innocentem: Ergo pro ipso non stat possessio.  
*Resp. Dist. ans.* non est in bona fide respectu ad-  
 ulteri

ulterii, *Conc.* in ordine ad bona legitime possessa, *neg. ant. & conseq.* non ergo debet spoliari suis bonis, quæ possidet, nisi probetur proles esse sua: Et maxime, quia in tali dubio adest præsumptio juris filium esse legitimum, *L. filium ff. de his, qui sunt sui vel alieni juris*: Consequenter etiam præsumptio esse debet, filium esse à marito non ab adultero.

## CONFIDENTIA, LXXVII.

**V**Na aliqua mulier habens tres filios, ex quibus unus erat ex adulterio natus, ut se liberaret ab onere restitutionis faciendæ legitimis, ita eos allocuta fertur: Unus vestrum non est legitime natus, si eum nominem, hæreditate sat ampla privatur, quid vultis faciam? quibus auditis quisquis sibi timuit, ne spurius nominetur; Quare omnes tres rogarunt matrem ut fileret, spuriumque, quicumque ille sit, sibi invicem remittentes, unam partem hæreditatis admiserunt. Quæritur itaque, an astuta illa mulier per hoc fuerit in conscientia liberata ab omni onere restitutionis:

*Resp. Covar. apud Laym.* negative Ratio est: Quia tunc filij legitimi non libere & sponte, sed timore gravi ac metu injusto adacti remiserunt spurio, certe non remissuri, si ipsum mater manifestasset. Addit tamen **noter**



ster *Patris*, posse hoc remedium admitti, omnes vere & ex animo sponte fecissent, & explicitè declarassent, se non ex timore, sed ex amore ac benevolentia erga matrem vel etiam erga se in vicem remittere velle, remissurum quoque si scirent, quis esset infelix illegitimus. Ita etiam *Lugo Tambur*,

## CONFÉRENTIA. LXXVII.

389. **M**ulier quædam infelix habuit plures filios, unum tantum legitimum ex marito, reliquos omnes ex diversis adulteris appropinquans ad mortem, ut viro suo, & filio legitimo satisfaceret, convocavit omnes suos procos reliquorum filiorum patres pro testibus testamenti condendi inter alia sic eam allocuta: Amici charissimi, videtis me à Deo magno prolium numero donatam, quibus alendis longe impar est maritus meus: quaerit vos enixius obtestor, ut quilibet vestrum unam in se suscipiat, viro meo etiam unam relicturi; acque ita cuiuslibet proprium filium assignavit, viroque suum. Jam ergo quæritur num sagax ista mulier viro suo, filioque legitimo plenam restitutionem fecerit.

**RESOLUTIO**: Si adultera insuper ex propriis bonis tantum viro, filioque testamento reliquerit, quantum spurij prius alio de bonis viri absumpserunt, fuisse plenam restitutionem. Ratio est: Quia ultra dicta non superfuit aliquid restituendum, nisi pro iniuria

juris toties viro illata : pro hac autem nil dignum restitui potest , secundum communem DDum , quæ docet damna illata in uno genere bonorum debere ex obligatione per restitutionem reparari in alio genere bonorum , ita quidem , ut homicida pro iniuria ipsiusmet occisionis secluto damno temporali, nil teneatur restituere per pecuniam vel quidvis aliud : igitur &c.

CONFIDENTIA, LXXVIII.

Cap. Officii, de pœnitent. & Remissione. Pontifex Innocent. consultus , an scemina nolens marito fateri prolem ex adulterio conceptam, possit absolvi respondit: non esse ei pœnitentiam denegandam si timeat iram mariti. Quæritur proinde, an si dicta mulier non possit damnum marito reparare teneatur fateri adulteriũ.

390.

Resp. non teneri regulariter : Ratio desumitur ex cap. cit. & responsione Pontificis : Si enim obligaretur fateri adulterium, non posset absolvi nolens illud fateri : Igitur cum secundum sententiam Pontificis possit absolvi , quando timet iram mariti aliaque mala , manifestum est eam non teneri regulariter aperire suum crimen marito , aut spurio. *Confir.* quia talis obligatio regulariter est nimis difficilis , parum utilis , plus nociva : Ergo nulla. Nam secundum communem DD. restitui-

stiu-

stitutio damnorum in bonis fortunæ ordinariæ  
facienda non est cum detrimento vel periculo  
honorum altioris ordinis, utpote famæ,  
vel vitæ.

Dixi autem *regulariter* non teneri propter  
seqq. Conferentias.

### CONFERENTIA. LXXIX.

39r. **I**uristæ quidam veteres irrident Iuvenem  
primogenitum, qui credens Reginae matri  
dicenti, quod ipse conceptus sit non legitime  
ex Rege, sed adulterio ex milite, cessit fratri  
nata minori Regnum. Ex quo dubitatur, an  
filius teneatur credere matri asserenti, ipsum  
esse ex adulterio genitum.

RESOLUTIO: Quoad forum externum  
apud omnes Jurisperitos pro certo habetur, in  
hoc non stari dicto matris, nisi liquidis & in-  
dubiis argumentis id probetur, v.g. quod  
tempore conceptionis uxor non habitauerit  
cum marito. At vero quoad forum internum  
conscientiæ aliter docent graves DDes, quod  
scil. quando filius nullam habet rationem du-  
bitandi, id sibi merito persuadere debeat,  
quod mater fide dignissima pro ejus salute as-  
serit, præcipuè in articulo mortis. His ra-  
men non obstantibus viderur mihi cum  
*P. Sporer Theol. sacram. p. 4. n. 555.* absolute  
dicendum, quod filius vel filia hactenus in

possessione legitimorum natalium perseverans  
 minime teneatur credere matri fatenti, ipsos  
 esse ex adulterio progenitos, nisi id certis argu-  
 mentis, etiam in foro externo validis ostendat.  
 Ita *Glossa in cap. officium, de Pœnit. & remiss. &*  
*Canonistæ communiter, Covar. & alij, ubi sup.*  
 Ratio est: Quia jure gentium boni communis  
 causa ad plurimas hominum astutorum fraudes  
 evitandas inductum est, ut nemo unius quan-  
 tumvis minime suspecti hominis testimonio  
 credere teneatur in suum præjudicium præser-  
 tim grave; unde pro regula habet Lugo, tunc  
 solum filiam teneri credere in foro conscientiae  
 quando motiva, quæ habet ad credendum, si  
 in foro externo proponerentur, & probaren-  
 tur eodem modo, quo ipsi probantur, Judex  
 propter illa motiva ita proposita illum pro-  
 nuntiaret illegitimum. Ratio regulæ est,  
 quia quoties forum externum non innititur  
 præsumptioni falsæ, sed in eo constant omnia,  
 quæ constant in foro interno, non est, cur re-  
 cedamus à sententia justa fori externi.

### CONFIDENTIA LXXX.

**R**egina habens duos filios ( quorum primo-  
 genitus erat illegitimè natus & spurius,  
 alter autem minor ex Patre Rege, ille hære-  
 ticus ac pessimis moribus imbutus, hic opti- 392.  
 marum virtutum & bonæ indolis ) quærit ex  
 Confessario, an teneatur aperire illegitimira-  
 tem primogeniti, dum prævidet vitæ suæ pe-  
 riculo

R

licua

iculum & gravissimam suam infamiam; econtra si non aperiat crimen, ille succederet Patri in Regnum cum periculo subversionis totius Regni: quid igitur? teneturne Confessarius Reginam disponere ad fatendum crimen, an verò relinquere eam in sua fama, & exponere Rempub. manifesto periculo subversionis?

RESOLUTIO: Communissima doctrina est, damnum commune Reipub: avertendum præponderare vitæ unius privatae personæ; adeoque si spes sit impediendi tale damnum per manifestationem adulterij, Regina, saltem ex charitate obligatur illud manifestare. Paret ex terminis.

### CONFERENCE. LXXXI.

393. **M**aritus & uxor, ne multiplicentur proles ex condito abrupta copula solent semina extra effundere: quærunt ergo, an id possint circa peccatum mortale continuare?

RESOLUTIO: Maritus & uxor peccant mortaliter, sese invicem polluentes, semina abrupta copula prodigentes, quaecunque de causa id fiat, si fiat voluntariè. Ita omnes & Ratio clara est: quia omnis voluntaria effusio seminis extra vas est intrinsecè mala, & peccatum contra naturam, quippe directè excludens finem principale conjugij & copulae carnalis (generationem proles) ac proinde nullo sine aut necessitate honestabilis. Secus est primo, si præter intentionem accidat, ut

pore ex festinatione, ex metu, ob senium, aut indispositionem alterius partis: Secundo, si ex malitia solius alterius partis: etsi enim uxor sciat, maritum solere copulam aberrare, non tamen peccat petendo, vel etiam reddendo, dummodo ipsa non consentiat nec cooperetur. Tertio, si fiat ob impotentiam aliquam corporalem, quamdiu probabilis spes superest, copulam debito perfaciendi.

## CONFIDENTIA LXXXII.

**Q**uæritur, an, ubi vir semine intra recepto se retrahit, liceat foemine, quæ nondum feminavit, tactibus se excitare, donec & ipsa 394. feminet.

*R.* Affirmativè: Ratio est, quia hæc provocatio est actus conjugalis perfectio, consummatioque. Ita Sanchez, Bonacina, Perez, Pontius & alii apud Sporer. Similiter e contra neque uxor peccat, si viro usum vasæ concedat, ipsa vero animum ad alia convertat: ne conciretur ad seminationem, secundum eosdem.

## CONFIDENTIA LXXXIII.

**U**xor juvenis, jovialis & calidi genij, maritum 395. habet jam septuagenarium: ac propterea omnino impotentem, hic amans uxorem, cum aliter non possit, rem tactibus agit, illa patitur, & inde polluitur semel, bis, ter, anxiosa proinde rogat opem, ne vel Deum, vel maritum offendat: quid ergo consilij?

*Resp.* Ex Gobat. Casu 17, de Matrimonio n. 667.

R 2

Cuius

Cum illi tactus videantur praticari ordinari sine pollutione, tanetsi hæc quandoque sequatur præter directam utriusque intentionem: cumque id fiat magis ad contestandum amorem conjugalem, quam ex libidine, id eo ex sententia Sanchez & Filiucii, non videri delinquere mortaliter illis tactibus, *Confirm.* auctoritate Diana, qui absolute consultus respondit non peccare conjuges, qui in signum amoris conjugalis se amplectantur, licet prævideatur secutura pollutio, quia affectus conjugalis est sufficiens causa talem actum excusans. *Idem Dian. part. 6. tr. 6. resol. 27.*

#### CONFERENTIA. LXXXIV.

396. Duo conjuges ad vitandam prolem frequentant copulam sodomiticam in vase innaturali, quæritur ergo, an præter peccatum contra naturam committant etiam adulterium.

R. Esse adulterium ex parte utriusque, quia reuera peccant contra bonam fidem, quo ex vi contractus Matrimonij obligantur invicem ad concubitum naturalem aptum generationi tantum: consequenter extra vas naturale coeuntes æquæ fidem violant, ac si ambo cum alijs concubissent.

#### CONFERENTIA. LXXXV.

397. Uxoratus pollutur tactibus alterius personæ, an satisfaciat confitendo, quod pollutio nem in proprio corpore procuraverit?

R. Eum teneri explicare, an id factum fuerit

in tactibus alterius personæ, i. e. in a, viii, Sacerdotis, vel etiam bestię. Ita *Communis* DD. & Ratio est; Quia tactus libidinosi habitus cum alia persona sunt quasi inchoata copula & ordinati ad copulam: ergo pollutio facta per tales actus alterius personæ sortitur malitiam diversam pro diversitate personarum tangentium, ita quidem, ut cum femina libera sit inchoata fornicatio, cum sacrata sacrilegium, &c. quomodo ergo tali uxorato sufficeret dicere, procuravi in proprio corpore pollutionem, quæ se sola dictas circumstantias nullatenus includit, nisi forte per accidens propter affectum ad huiusmodi personas.

## CONFIDENTIA. LXXXVI.

Maritus bibulus ab uxore gravidâ reprehenditur, quod totam substantiam de mesticam potando abigurat, unde ita excandescens illam ita percutiendo tractat, ac pedibus calcet, ut abortum pariat. Quæritur itaque, qualiter iste maritus peccet, & quas pœnas incurrat, pro quo sit

RESOLUTIO prima: Secundum constitutionem Sixti V. quæ incipit, ad effrenatam, Bibulus incurrit sequentia, utpote primo pœnas omnes jure Divino & humano, Canonico & Civili statutas contra veros homicidas. Secundo irregularitatem. Tertio excommunicationem ipso facto à qua nequeat absolvi [ nisi in articulo mortis ] nisi à Rom. Pont. Ita Bulla



la Sixti V. Idem sentit dum de omnibus alijs, qui vel physicè, vel mortaliter tantum ad ralem abortum concurrunt, videlicet mandato, consilio, &c.

RESOLUTIO secunda: *Gregor. XIV. Constit. 2.* quæ incipit: *Sedes Apostolicæ*: prædictam Constitutionem Sixti V. in duobus punctis ita moderavit, ut procurantes abortum fetus animati possint absolvi & à peccato, & ab Excommunicatione, à quolibet Sacerdote tam seculari, quam Regulari, per loci Ordinarium deputato, in foro conscientiae duntaxat: quoad procurantes autem fetus animati abortum valeat in suo vigore Constitutio Sixtina.

CONFERENTIA. LXXXVII.

400. Dum agerem vices Parochi seu Rectoris Selestadiani in Alsatia, allatus fuit ad baptisterium illegitimè natus infans, & ubi de more interrogaret meus Capellanus de nomine parentis albo baptizatorum in cribendi, & dixit Officialis Gallus: Ecce Pater, hic habes aquam materiam Baptismi, adhibe tu formam, & habebis baptismum, quid ad te, Pater? Quæri ergo hic potest, aut certe debet, an mater teneatur aperire complicem, seu patrem filij illegitimi, si interrogetur? Pro resolutione subiungo ex *P. Gobat. append. 1. post Tract. 10. de Matrim.* Judicium cuiusdam Theologi, tam usu, quam theoria peritissimi, quod ita sonat:

Julia ex adulterio concepit & peperit filium

judex [ cui ab effectu solo cognita erat illicita copula, nullo extante indicio commissi adulterij ] quærit ex Julia pro loci consuetudine, etiam sub juramento, quis sit pater illius illegitimi filij; quæritur, an Julia teneatur indicare adulterum, an vero (recluso scandalo, & cujusquam injuria) uti possit æquivocatione occultando adulterum.

¶ Juliam posse uti æquivocatione, non tantum in proposito casu, sed etiam extantibus indicijis sufficientibus ad semiplenam probationem commissi adulterij. *Probat*ur: quia verus quidem testis à legitimo judice interrogatus tenetur, ob bonum publicum, parere suo Superiori, atque adeo nequit æquivocare, reo tamen, ad evitandum vitæ periculum, vel gravem infamiam, vel quodcunque grave malum, ex probabili & probabilissima RR. opinione licitum est uti æquivocatione [ etiam extante semiplena probatione ] quia ad rem valde difficilem, quæ promoraliter in possibili reputatur (qualis est concurrere ad grave malum sibi met inferendum) precipiendam non extendit se potestas humana: atqui Julia non est merus testis, sed & complex criminis & adulterij rea: Ergo licitum ipsi est æquivocatione uti, ad se ipsam non infamandam, quod sit adultera.

Atque hæc de Matrimonio  
& Sponsalibus.

A. M. D. G.

R 4

TL



## TITVLVS IX

Ex Materia de Justitia, &amp; Jure

*De Restitutione in genere.*

## CONFERENTIA. I.

402. **Q**uia *Cap. Saepe, De Restit. Spolior.* dicitur: non multum interest quoad forum animae iniuste detinere & invadere alienum: quaeritur; an praecipuum restituendi sit affirmativum vel negativum; ita ut statim & pro semper obliget.

**RESOLUTIO**: Praecipuum Restitutionis verbotenus affirmativum, re ipsa negativum est, ita *D. Thom.* 22. q. 62. a. 8. ad 1. *Scot.* 4. D. 15. q. 2. n. 28.

Ratio est, quia praecipuum negativum est, quod per se prohibet aliquem actum positivum: Sed praecipuum restitutionis prohibetur per se primo actio realis: Igitur, &c. *pr. m.* Nam accipere alienum est actio realis: sed haec prohibetur praecipuo restitutionis; quia non restituere, live detentio rei alienae, est continuata ejusdem acceptio: Igitur, &c. *Confirm.* eodem praecipuo prohibetur acceptio rei alienae, quo detentio ejusdem: sed acceptio prohibetur praecipuo negativo decalogi: *Non furum facies*: ergo & detentio, ac consequenter etiam

etiam restitutio, quia non detinere rem, est  
eam restituere.

CONFIDENTIA. II.

403

**Q**uia secundum *Scotum* 4. d. 15. q. 2. qui-  
unque abstulit, vel detinet alienum, te-  
netur ad restitutionem, ille quidem ex titulo  
injustæ acceptionis, hic autem ex titulo rei  
acceptæ: quæri potest, quale sit inter has  
duas causas restitutionis faciendæ discrimen.

*R.* Magnum discrimen esse: qui enim ob-  
ligatur ex *injusta acceptione* aut damnificatione  
ad restitutionem rei, tenetur eam reddere, etiam  
cum perierit extra ejus culpam, & ad damnum  
inde secutum: quando vero debetur res *ratio-  
ne rei acceptæ tantum*, non manet obligatio, re  
absque nostra culpa pereunte, aut non amp-  
lius extante, nisi in quantum ex ea ditiores  
facti sumus. Ita *DDes communiter*, ut ex  
seqq. magis patebit. Porro qualis culpa  
intervenire debeat, ut quis teneatur ad  
restitutionem rei deperditæ vel destructæ,  
sic.

CONFIDENTIA. III.

**Q**uia culpa alia est *Theologica*, seu actio aut  
missio deliberata contra dictamen rectæ  
rationis quatenus est offensa Dei: alia  
*juridica*, quæ secundum leges præsumitur esse 404.  
talis; quando scilicet aliquis ex consideratio-  
ne, incuria, vel negligentia omittit id quod

R 5

alio

alioquin faciendum est, ex quo sequitur damnum proximo : quæritur in proposito, an ad restitutionem faciendam ex culpa, requiratur culpa Theologica, quæ sit peccatum ; an verò sufficiat culpa iuridica, levis, vel etiam levissima.

405. RESOLUTIO prima : Nemo tenetur sub peccato mortali rem injustè destructam restituere, nisi ablatio vel destructio fuerit peccatum mortale. Ita Less. L. 2. c. 7. n. 9. & alii.

Ratio est : quia quando in damno injustè illato committitur culpa venialis tantum, tunc actus in ratione injuriæ non est perfectus : ergo non inducit obligationem perfectam, quæ astringat sub mortali : patet consequ. quia obligatio compensandi damnum non potest esse major in suo genere, quam ut injuria, ex qua nascitur. Unde qui alterum graviter credit (vel etiam occidit) ex motu primo, vel secundo primo, ab restitutionem sub mortali, vel omnino non tenetur; quia vel nullum, vel solum venialem culpam Theologicam admisit.

RESOLUTIO secunda : Nemo tenetur in conscientia ad restitutionem ex delicto, quod non concomitatur iniustitia, quæ sit culpa Theologica : non obstante culpâ iuridicâ quantumvis latâ, nisi ex contractu sese ad eam obligaverit. Communis ex PAUC. d. 52. q. 2. & Henric. d. 5. q. 3.

Ratio est : quia hæc obligatio debet esse

ex iustitia : sed non potest quis obligari ex iustitia ad restituendum , nisi quando iniuste infert damnum , ( secludimus obligationem ex re accepta ] quoties autem quis iniuste infert damnum , peccat culpa Theologica : igitur , &c.

Dixi primo : nisi ex contractu , &c. si enim 407.  
commodatarius v.g. contractum iniret cum domino commodante , quod quacunque ex causa res commodata periret , veller dominum commodantem illæsum servare , pacto stare deberet , etiamsi res illa culpa levissima vel etiam fortuito casu periret , cum omne promissum cadat in debitum.

Dixi secundò : Nemo tenetur in conscientia , quia pro foro externo sunt plures leges in oppositum , obligantes scilicet ad restitutionem etiam ex culpa levi , vel levissima , tum ob præsumptionem doli aut fraudis : tum ad negligentiam ab hominibus tollendam.

Sic enim I. quando contractus est in utilitatem solius accipientis [ puta commodatum ] statuitur , quod accipiens teneatur ad resarciendum damnum secutum , etiam ex levissima culpa. Ratio : quia æquitas naturalis postulat , ut qui aliquid accipit solummodo in sui commodum , adhibeat eam diligentiam in conservatione illius , quam diligentissimi quique circa rem propriam adhibent , ne alter damnum patiatur : quod est teneri ex culpa  
le

levissima. II. Item, quando contractus est in utilitatem solius dantis [cujusmodi est depositum] tunc accipiens tenetur solum de dolo & culpa lata, non vero levi vel levissima, quia æquum est, ut accipiens aliquid in utilitatem dantis obligetur ad minorem diligentiam in custodiendo. III. Item quando contractus est in utilitatem utriusque (quale est Locatum, Conduatum, Emprum, &c.) accipiens tenetur de culpa lata & levi, non vero levissima. Quia Ratio non videtur dicere, ut talis tantam diligentiam adhibeat, tanquam deberet adhibere, si rem accepisset in sui tantum utilitatem.

408.

## CONFERENTIA. IV.

Quia culpa iniustitiæ potest esse venialis ex levitate materiæ, & ex defectu plene advertentiæ, quæritur, an in utroque casu oriatur obligatio ad restitutionem, saltem sub veniali?

409.

Re. Primo: Quando culpa iniustitiæ est venialis ex levitate materiæ tantum, oriatur obligatio ad restitutionem sub veniali. Ita *Cum*. & patet: Quia eadem malicia est alienum accipere, & illud detinere: Sed accipere alienum, quando materia est levis, est peccatum veniale: Ergo & detinere, seu non restituere.

Re. Secundo: Quando culpa iniustitiæ est venialis propter defectum plene advertentiæ

eti

etiam si com nilla sit circa materiam vel damnum grave & modo res non amplius extet, aut damnificans non sit dirior factus ) nullam causat obligationem restituendi ne quidem sub veniali. Ita Cum, R. R. cum Sorol. 4. de Iustit. q. 7. c. 2. Navar. Less. Sa & Lug. Ratio est : Quia obligatio gravis restituendi orta ex delicto, non oritur ex delicto, imperfecto : Sed hic esset delictum imperfectum, utpote peccatum veniale ; estque obligatio gravis, scil. circa damnum grave : ergo ex illo non potest oriri obligatio gravis, ne quidem sub veniali ; quia etiam votum prei magnæ sine sufficienti deliberatione vel advertentia factum, nullam omnino, nec venialem quidem parit obligationem, ita à pari damnificatio rei notabilis, cum eadem insufficientia deliberationis & advertentiæ commissa, nullam parit obligationem ne quidem venialem, satisfaciendi. Quare eximendus fuit ab obligatione restitutionis, qui temerè tractans scloperum oneratum, eo improvise soluto virginem occidit.

Quis.

### CONFERENTIA. V.

Quia cap. notum, 2. q. 1. habetur hæc maxima : Facientem & consentientem par pena constringit : & ad Rom. 1. Qui talia agunt, digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed etiam qui



qui consentiunt illis : quæritur hic , quis obligetur ad restitutionem ex delicto ? an icil : Notariorum damni executor sed etiam illud mandans, consulens, consentiens, palpans, participans, mutus, non obstant, non manifestans ? Ratio dubitandi est ; quia omnes hi videntur esse, & sunt aliquo modo consentientes in damnum positivè, vel saltem negativè : proinde sic.

- RESOLUTIO :** Omnes, qui uno prædictorum modorum causam efficacem damnant, aut injuriæ proximi, obligantur in conscientia ad restitutionem. Ita Com. & par. ex cit. Cap. notum, & ad Rom. 1. quia omnes hi sunt aliquo modo consentientes in damnum saltem negative, dum modo sic se habeant, ut sine illis effectus non fieret : propter quod dictum est in Resol. : *Qui causam efficacem damno dant :* De quorum singulis explicatus in seqq. Conferentiis

### CONFERENTIA VI.

- 411.** **V**trum hujusmodi causæ obligent etiam ad restitutionem, quando sine earum cooperatione per alios idem damnum fuisset illorum ; puta per aliorum suasionem, consensum &c.

*¶. Affirmativè :* alias enim sequeretur furem à restitutione liberum fore, si forte alii

idem Furtum commissurus fuisset : Item usurarium non peccare, qui acciperet aliquid vi mutui ultra sortem, quod alius nihilominus accepisset ; quæ sine dubio absurda sunt.

Mandans.

CONFERENCE VII.

Quando Mandans revocat verbis litteris vel <sup>412</sup> ~~inter~~ nuncio mandatum suum ante execu-

tionem damni, insinuando revocationem Mandatario, an teneatur nihilominus ad restitutionem damni per Mandatarium illati?

*Resp. Negative.* Ratio est : Quia causa Mandans revocando suum mandatum, eo ipso revocat totam suam causalitatem executionis : Ac per consequens non influit amplius in effectum securum, atque adeo non obligatur ad reparandum damnum, quod postea sequitur ex malitia Mandatarii potius, quam ex mandato præcipientis.

Consulens.

CONFERENCE VIII.

An idem dicendum de Consulente, qui ante <sup>413</sup> factum damnum, quod consulit, conatus fuit revacare suum consilium : An scilicet, etiam liberetur ab onere restituendi.

*Resp.* Consulentem teneri ad restitutionem damni suo consilio efficaci illati, non obstan-

te, quod ante factum damnum revocaverit suum consilium. Ratio est: quia consilium prius datum, non obstante revocatione, movet efficaciter ad damnum inferendum, ita ut causa illud exequens dicere possit, se induam huiusmodi consilio: igitur &c.

Nec sane paritas est inter Mandantem & Consulentem, siquidem quod agit Mandatarius, agit nomine & auctoritate Mandantis. Consequenter hoc ipso, quod Mandans revocet suum Mandatum, cessat Ratio agendi in Mandatario à Mandante proposita: At vero capiens Consilium agit nomine tuo, quidquid agit, cum Consilium respiciat utilitatem illius, cui datur: ergo non statim cessat Ratio agendi semel ipsi per consilium impressa, tamen si consulens centies consilium suum revocet.

## Consensus.

### CONFERENTIA. IX.

414. Quia consensus alius est simplicis contententiae in malo alterius, à quo scilicet non dependet illud malum: Alius contententiae dependentiae, sine quo malum illud non sequeretur, rectè quaeritur, an uterque causet obligationem restituendi.

Resp. Consentiens tunc solum tenetur ad

restitutionem, quando ab ejus consensu dependet damnum; alter autem peccat solum contra charitatem. Ratio est: quia non hic, sed ille tantum est causa efficax damni. Hinc quando ad aliquam electionem requiruntur suffragia omnium, omnes tenentur ad restitutionem qui se subscripserunt iniquæ sententiæ. V. g. iniquæ gabellæ. Quod si autem sufficiant vota majoris partis & numerus suffragiorum requisitus sit determinatus, priusquam tu des suffragium, tu quidem non teneberis ad restitutionem, peccas tamen mortaliter contra charitatem consentiendo in causam iniquam, quia tunc causa damni fuit completa ante tuam suffragationem: Secus esset, si tuum votum sit tantæ auctoritatis, ut non consentiendo alijs faceres irritam aliolem electionem: Tunc enim efficaciter concurreres ad damnum.

### Palpo.

#### CONFERENCE. X.

Unus aliquis laudat ac commemorat hominis nobilitatem, excellentiam, vires &c. 415  
Vel exaggerat acceptam contumeliam, dedecus, contemptum minimè ferendum &c. Atque ita alterum efficaciter incitat ac permovet ad actionem injustam, vindictam, aut quodvis aliud malum proximo inferendum: An incurrat obligationem restitutionis.

Resp. Si alter sine tali palpatione damnum

S

non

non intulisset, Palpo peccat contra iustitiam, adeoque tenetur ad restitutionem. Ratio est: quia est causa efficaciter cooperans ad damnum alterius.

### Rekursus.

#### CONFERENTIA, XI.

416. **I**uxta Regulam Juris l. 3. §. non tantum ff. de incendio, dicitur: Receptatores non minus delinquant, quàm Aggressores. Resolvendum itaque hic est, an, & qui recipiens malefactorem, teneatur ad restitutionem. Sicut itaque

**RESOLUTIO:** Ut recipiens malefactorem teneatur ad restitutionem, necesse est, ut recipiat eum qua talem formaliter, pro securitate maiè agendi. Est omnium & pariter: Quia tunc solum influit in damnum, ut fiat, vel ut factum non reparetur, quando scilicet fures occultè detinent, protegunt ac securitatem præstant ad damna inferenda, prædas eorum servant &c.

Hujus modi sunt I. Advocatus causæ manifestè injustæ patrocinium assumens. II. Cautiones, filios familias contra parentum voluntatem em domo excipientes, ad prodigendas pecunias à parente profectitias compositionibus, lulis &c.

Participans.

CONFERENTIA. XII.

Aliquis furem adjuvat ad effringendas fores: Scalam applicat & tenet, vigilem aut exploratorem agit: Item Faber ferrarius subministrat clavem universalem ad furandum, &c. 417.

An omnes hi teneantur ad restitutionem?

Resp. Primo: Omnis Participans in actione injusta damnificante alterum, sit obligatus ad restitutionem damni securi. Ratio est: Quia talis directè & physicè cooperatur ad damnum injustè interendum in actione intrinsecè mala, v. g. occisione, vulneratione, effractione, ablatiōe vel asportatione rei alienæ &c.

R. Secundo: Qui participat in actione ex se 418. indifferente, & solum ex alterius mala intentione prava, metu mortis vel gravis verberationis, aut ob aliam justam causam, potest & à peccato, & ab onere restitutionis excusari. Ita Communis.

Ratio est: Quia actionem ex se indifferentem ad bonum finem exercere per se licitum est: Atqui talis exercet actionem de se indifferentem ad bonum finem, scil. vitam propriam, vel incolumitatem conservandam: Igitur &c. Et hinc excusantur à peccato restitutionis onere. I. Qui metu mortis vel alterius gravis mali coactus, præbet furi claves, scalam tenet prædam ablaram portare juvat, vaccas & pecora abigit &c. Quia omnes hæ actiones in

differentes, ex sola furis malitia damnificant tertium. II. Non item excusatur, qui firmiter metu adactus ipsemet fores effrugit, res ex domo eijcit, defendentes impugnat, tormenta in Christianos explodit &c. Quia tales actione sunt ex se & intrinsecé malæ, nullo fine excusabiles.

**Mutus: non obstans: non manifestans.**

CONFERENTIA, XIII.

349. **M**Utus, non obstans, non manifestans, ipsa idem sunt ac non impediens damnum alterius, cum posset ac deberet: tales sunt Reges, Principes, Gubernatores Provinciarum, Duces, belli, Consiliarij Regum ac Principum, Custodes sylvarum, vinearum, piscinarum, fluminum: Item Assessores, Canonici, Capitulares, Tutores Curatores, Administratores bonorum, Praefecti, Satrapæ Oeconomii, Coqui, Cellarij, Granarij, Famuli, Ancillæque, quibus cura demandatur rerum domesticarum, &c. Proinde de omnibus his quæritur, an & quando teneantur ad restitutionem damnorum ex ipsorum taciturnitate non obstantia, & non manifestatione illatorum; pro quo sit.

RESOLUTIO Universalis: Mutus, non obstans, non manifestans, obligantur ad restitutionem damni, quando illud non impediunt dum possunt & tenentur ex iustitia, puta officio

ció vel contractu. Ita omnes: & patet: quia obligatio restituendi ex delicto ( de qua loquimur ) non oritur nisi ex iniustitia: ergo commissio impediendi damnum alterius non inducit obligationem restitutionis, nisi ea sit contra iustitiam, sive actionis ex iustitia debitæ, ad quam scilicet damnum patiens jus habeat: utpote quia pro illa dedit stipendium, gabelam, salarium &c.

Dicitur est: dum possunt: nullus enim ex prædictis obligatur ad impediendum damnum. 420  
proximi cum periculo propriæ vitæ, vel alio gravi, nisi ad id se obligaverit: quia non videntur ordinariè assumi officia cum tanto onere. Unde I. Principes, Magistratus, Gubernatores &c. quibus ex officio incumbit procurare tranquillitatem & indemnitatem civium, tenentur ad restitutionem omnium dampnorum ex sua culpa. Et negligentia securorum, ut si non impediunt damna à feris, latronibus, aliisque perniciosis illata subditis. II. Item Assessores, Consiliarii, Capitulares tacendo, vel absentando se, cum possent, non impediunt iniquam Constitutionem, Electionem &c. III. Item Tutores, Curatores, Administratores bonorum non impediunt damna pupillis, Minorenibus, Ecclesijs &c. Provenientia. IV. Item famuli domestici, quibus cura specialis domus aut rei familiaris commissa, vel demandata est, &c. V. Custodes urbium, pagorum, agrorum

S 3

vine-



vinearum, sylvarum, fluminum, piscinarum, &c. Per negligentiam grave damnum inferri permittentes: Aut fures vel defraudatores aut damna inferentes, non manifestantes &c. De quibus vide, si placet, plura in Patricio *Tr. 4. praelim, ad præceptum 2. Tabula cap. 3. sect. 1. num. 58.*

## CONFERENCE. XIV.

421. Quidam à fure accepit pecuniam, ne clamaret, alias non obligatus ex officio clamare, an teneatur ad restitutionem.

R. Non tenetur, nisi illa pecunia vel pretium esset pars furti, quia tunc ratione rei acceptæ obligaretur: Cæterum in damno notabili inde secuto peccaret mortaliter contra charitatem, dum non impediret illud, cum posset: patet ex dictis.

Quid.

## CONFERENCE. XV.

422. Quia *Exod. 2.* statuitur, ut, si quis furerit bovem, aut ovem occidat, quinque boves pro uno, & quatuor oves pro una restituat; quæritur, an non sufficiat restituere simplum, seu tantum, quantum blatum est.

Resp. Considerando substantiam & finem restitutionis ac justitiæ commutativæ, sufficit restituere simplum: At vero secundum legem justitiæ vindicativæ interdum plus est restituendum, sed non nisi post sententiam judicis. *Ita communis & certa.* Ratio

Ratio primæ partis est: quia restitutio est ac-  
tus justitiæ commutativæ, per quam fit æqua-  
litas inter datum & acceptum: sed reddere  
plusquam acceptum est, non est æqualitas  
dati & accepti: Igitur &c.

Ratio vero secundæ partis est: ipse textus cit.  
Gen. 22. quod faciendum erat in pœnam inju-  
riæ à justitia vindicativa, quæ non obligat nisi  
post sententiam judicis; quia qui offendit, te-  
meretur quidem pœnam admittere, si ipsi impo-  
natur, non tamen ad illam se offerre, cum Rei  
sit pati, non agere.

### CONFERENTIA. XVI.

An sufficiat rem ablatam in æquivalenti re-  
stituere, si dominus rem extraneam exigar?  
R. Cum communem rem extraneam per se eandem  
numero restituendam esse. Ratio est, quia  
cum Dominus illius dominium non perdiderit  
jure & rationabiliter potest illam exigere: ergo  
alter eam denegans, quantumvis æquivalen-  
tem reddat, facit exigenti injuriam.

423.

### CONFERENTIA. XVII.

An si res fuerit injustè ablata, vel mala fide  
possessa, sit restituenda una cum fructu si sit  
fructifera, cum lucro cessante, & damno e-  
mergente; Resp. cum Communi affirmative. Ra-  
tio est: quia non tantum Res Domini sui est,  
sed etiam ejus usus & fructus, qui ex ea perci-  
piuntur, & sane damnificans omnium horum  
causa est; puta damni emergentis, lucris cessantis  
&c. Igitur ad omnia tenetur. S 4 CON-

424.

## CONFENTIA. XVIII.

425.

Ad quid teneretur possessor bonæ fidei, postquam ipsi innotuit rem esse alienam; &c. Eum teneri [si eam nondum legitime præscripsit] illam domino suo restituere, si adhuc extet: vel saltem partem, si pars tantum extet: quod si vero bona fide totam absumpserit, ad solos fructus extantes obligatur, tum naturales; tum mixtos, detracto tamen valore & pretio industriae.

Ratio primæ partis est; quia possessor malæ fidei tenetur restituere rem ablatam in toto, vel in parte si in toto non potest, sed possessor bonæ fidei, quamprimum sciverit rem esse alterius, incipit esse malæ fidei possessor. Igitur ad idem obligatur.

Ratio secundæ & tertiæ partis est; scilicet, de fructibus naturalibus & mixtis extrantibus: quia quidquid spectat ad rem alienam naturaliter, domino restitui debet, saltem dum adhuc extat: Sed fructus tam naturales, quam mixti, pertinent ad rem naturaliter, non autem expensæ & industria: Igitur &c.

426.

Unde I. fur, vel mercator non obligatur ad restitutionem lucri, quod sua industria & arte negociando pecuniæ aliena conquirit nisi etiã dominus idem fecisset: quia tunc teneretur de lucro cessante. Ratio est, quia, istud lucrum non est fructus pecuniæ de se sterilis, sed industriae. II. Item si frumentum alienum, seu quidvis aliud mercium, alio [ubi plus valet] de-

por.

portatum longe carius vendidisti, lucrum non domino, sed tibi acquiris, satisfacisque restituendo frumentum ejusdem qualitatis: ob eandem rationem. III. Item si seminasti [ bona vel mala fide ] frumentum alienum in agro tuo, segetem rotam tibi acquiris: est enim fructus agri tui & industriæ tuæ: Quare solum teneris Domino restituere ipsam frumentum seminatam æquivalens, si illud bona fide accepisti: Si vero malâ, teneris etiam ad damnum emergens, & lucrum cessans Domino ex carentia sui frumenti. IV. Econtra, si tuum frumentum in alieno agro (bona vel mala fide) seminasti, rota segetis erit domini agri, quia est fructus rei tuæ: Tibi autem remanebit frumentum æquivalens seminato, & expensæ, laborisque pretium.

CONFERENTIA. XIX.

POSSessor malæ fidei vel etiam bonæ, locavit 427  
torquem aureum alienum pro pretio ad ostentationem, cujusnam erit illud pretium, Domini an Locatoris tanquam fructus industriæ? R. Cum Communi, spectat ad dominum.

Ratio est: quia illud lucrum revera non est fructus industriæ Locantis, sed datur pro usu ipsius rei vero pretio æstimabili: ergo spectabit ad Dominum.

S 5

CON-

## CONFERENTIA. XX.

428. **P**ossessor malæ fidei percepit fructus ex  
 aliena, quos dominus rei non erāt percep-  
 turus, an teneatur eos domino restituere.  
 Certum est apud omnes, eos teneri domino  
 restituere, si adhuc extant. An autem tene-  
 tur, si non amplius existant, sic

**RESOLUTIO Affirmativa:** Ratio est  
 Quia eo ipso quod semel in rerum natura ex-  
 titerint tanquam veri fructus rei illius, domi-  
 nium illorum pertinuit ad dominum rei, adeo-  
 que qui illos ab eo puncto detinuit non resti-  
 tuendo, injuriam domino intulit, damnum  
 que injustum dedit eos consumendo: Ergo  
 ex titulo injustæ detentionis & acceptionis co-  
 netur ad eorum restitutionem.

## 429. CONFERENTIA. XXI.

**Q**uando res aliena apud possessorem iniquum  
 fortuito casu, & sine ejus culpa perit, qua  
 certo etiam apud dominum periisset, non ta-  
 men per injuriam, teneturne ad faciendam re-  
 stitutionem domino? &. In foro conscien-  
 tiæ non teneri, nisi forte ex ea re in aliquo fa-  
 ctus sit ditior. Ita *Molin, Tr. 2. D. 726. num.*  
*2. & Com.* Ratio est: Quia possessor iniquus  
 in tali casu nil damni domino intulit,  
 quod non erat certo passurus, & quidem citra  
 injuriam: Igitur nulla ipsi est facienda resti-  
 tutio; Patet Conseq, quia hæc ideo fieri de-  
 bet, ut per eam fiat æquitas; sive ut tantum

habeat dominus, quantum ex re sua habiturus erat, si sibi ablata non fuisset: Sed in casu conferentia dominus abique ulla restitutione tantum haberet, quantum habiturus fuisset igitur &c.

430

Dictum est autem: *Non tamen per injuriam*: Nam si non erat peritura apud dominum, nisi per injuriam, tunc sicut ille, per quem erat injusto modo peritura, teneretur ad restitutionem, ita & alter, qui ipsum prævenit: & ideo fur teneretur ad restitutionem rei, quam alius fur accepturus fuisset, quia per injuriam.

Dices: Iniquum possessorem teneri ex titulo iniustæ acceptionis.

¶ Injustam acceptionem non parere obligationem restitutionis, nisi quando est efficax damni, qualis in proposito non est.

## CONFIDENTIA XXII.

Quidam bona fide cœpit possidere equum à se emprum, sed post supervenit dubium, an non sit furtivus: an possit eo uti & distrahere.

431

¶ Talem teneri ex orto dubio adhibere debitam diligentiam ad investigandum veritatem; qua proinde non comperta potest equo uti, ac etiam divendere, monendo tamen emptorem de dubio: Ita *Sanch. in Moral. L. 2. cap. 23. 188.* ubi plures alios pro se refert. Ratio primæ partis est, quia dubitans non inquirendo veritatem fieret possessor malæ fidei, cum interpretetur nolle dare rem domino suo, si forte in-

in.

inveniat. Quod autem possit ea licite uti  
& divendere, patet ex *Reg. jur in 6. in par*  
*causa potior est conditio possidentis*, utique ad ven-  
vandam, quod denique debeat emptorem me-  
nere de dubio, inde constat, quia non licet  
vendere rem vitiosam tacito vitio.

Dices: Agere contra conscientiam dubi-  
biam, est peccatum: talis autem possessor  
ageret contra conscientiam dubiam divenden-  
do equum: Igitur &c. & agere contra  
conscientiam practice dubiam esse pecca-  
tum, non autem speculative tantum dubiam,  
qualem habet dictus possessor facta inquisi-  
tione, ex *Reg. Juris: In dubio melior est conditio*  
*possidentis*.

### CONFERENTIA, XXIII.

432. Quidam bona fide emit equum, de quo po-  
stea fit certior, quod sit furtivus, Quæritur,  
an possit eum reddere furi ad pretium recupe-  
randum? & Cum *Less. Lib. 2. cap. 14. dub.*  
*3. Lugo, Dian & alii*, affirmative, si pre-  
tium aliter recuperare nequeat. Ratio est:  
Quia justitia talem non obligat, ut evitet dam-  
num proximi cum suo incommodo: Ergo ut  
se indemnem servet, poterit rem proximi po-  
nere in priorem statum rescindendo contra-  
ctum injustum. Nec tunc dominus equi pote-  
rit esse rationabiliter invitus, quia sicut ipse  
po-

potius uo, quam equi emptoris commodo prospicit, ita pariter emptor potius suæ, quam domini utilitati prospicere potest.

CONFIDENTIA. XXIV.

**D**ubius, an res sit furtiva, eam emit animo retinendi, an peccet & teneatur ad restitutionem.

433.

*R. Primo* : Eum peccare contra iustitiam, Ratio est : quivis tenerur lege iustitiæ se non exponere periculo iniustitiæ : Sed talis emptor exponit se manifesto periculo iniustitiæ : Supponitur enim habere verum dubium ex signis probabilibus ortum : Igitur &c.

*R. Secundo* : Eum etiam teneri ad restitutionem, *primo* quia est possessor malæ fidei : *secundo* quia ipsi non suffragatur possessio, ut in dubio sit melior ejus conditio, quæ est regula pro possessore bonæ fidei tantum.

CONFIDENTIA. XXV.

**V**nus possidet rem bona fide, alter putat esse suam, ideoque eam clam aufert : Anteneatur eam restituere ? *R. teneri.* Ratio est manifesta ex regula juris sæpe relata ; quia in dubio potior est conditio possidentis bona fide, consequenter alter injustè ipsum spoliat sua licita possessione, & tenerur eum ad eandem restituere.

434.

CON.



## CONFIDENTIA. XXVI.

**M**eretrici pro copia corporis sui aliquoties  
exhibita promissa est certa pecunia, au  
435. re ipsa data : An possit eam exigere, vel da  
tam retinere absque onere restitutionis.

¶. Opere completo potest eam pecuniam  
exigere & acceptam retinere absque onere re  
stitutionis. Ita Mol. D. 94. Less. cap. 14. dub. 1.  
& colligitur ex D. Thom. 2. 2. q. 32. a. 7. ubi  
docet : posse retinere id, quod propter opus  
malum acceptum est. Ratio autem est : I.  
quia opus illicitum quia delectabile, est pretio  
æstimabile : Ergo si in gratiam alterius com  
pletum est, ex justitia persolvi debet nisi  
lex aliter statuat, ut fit in casu beneficii simo  
niacè obtenti. II. Quia Promissio rei licite  
adimplenda est, quoties adimpleri potest abs  
que peccato sed promissio pecuniarum est promissio  
rei illicitæ, quæ licet ante facinus commis  
sum adimpleri nequeat absque peccato, potest  
tamen post patratum peccatum : Ergo debet  
adimpleri patrato scelere : *pr. m* quia solutio  
præstito opere non ordinatur amplius ad pec  
catum jam præteritum, sed est executio actus  
justitiæ. & ideo

Dictum est : Opere completo : quia utri  
que ante opus completum, in malis promissio  
des rescindenda est juxta cap. in malis, 22. q.  
h4.

CON

CONFERENTIA. XXVII.

An lucrantes ludo humana lege prohibito, 436.  
 teneantur ad restitutionem lucri? Per se lo-  
 quendo non teneri ante Judicis sententiam.  
 Ita DD. communiter. Et Ratio est: Quia si  
 esset aliqua obligatio, illa esset vel ex injusta  
 acceptione, vel ratione rei acceptæ, sed neut-  
 rum: Ergo: *pr. m.* quia perdens non potest  
 esse rationabiliter invitus, quod lucrans luc-  
 rum accipiat vel retineat, si quidem ex con-  
 ventione mutua ita Inferint, ut victori lucrum  
 cedat. Nec obstat Lex humana ludum pro-  
 hibens; quia hæc non prohibet dominij trans-  
 lationem sed solum concedit amissorum repe-  
 titionem per sententiam Judicis: Ut patet ex  
*can. Episcopus 35. & cap. Clerici, De vita &  
 honestate Clericorum.*

Dixi, *per se loquendo*, Si enim ludens, à  
 quo lucratur, non sit dominus pecuniæ amissæ  
 [puta filius familias in potestate patris consti-  
 tutus, vel Religiosus &c.] lucrans tenetur ad  
 restitutionem: Item qui in ludendo fraudes  
 committit: Alserum vi, metu, convitiisque  
 ad ludendum pertrahit: aut etiam quando lu-  
 crans peritissimus novit imperitiam collusoris:  
 tunc enim invitus & innocens non censetur  
 transferre dominium perditum in lucrantem.

CONFERENTIA. XXVIII.

An, qui monetam defectuosam prius ab 437  
 alio falsario accepit, possit eam rursus ut ve-  
 ram

am expendere, ne damnum patiatur. & negative. Ratio est; quia sicut prior falsarius peccavit & tenetur ad restitutionem; ita & secundus, cum idem plane faceret.

## CONFIDENTIA. XXIX.

438. Fur abstulit rustico vitulum, pullum equinum, bovem macrum, qui omnes apud furem augmento intrinseco aucti sunt quoad substantiam in bovem, equum & bovem pinguem, non ita augmenandi apud rusticum, quare quaeritur, in quonam statu eos tenetur fur restituere.

R. In optimo statu: Ita *Comm. DD.* Ratio est: quia totum incrementum intrinsecum, & optimus status rei inherens, una cum ipsa re ad rusticum, tanquam dominum, spectat: igitur sicut res ipsa (bos, equus) ita & incrementum intrinsecum ejus domino restituenda sunt; ita quidem, ut si longiori mora possessoris iniqui deterior reddatur, is injustum damnum domino inferens, compensare teneatur secundum aestimationem rei in optimo statu, quem semel habuit, etsi apud dominum manens nunquam ad talem statum pervenisset; deductis tamen expensis.

## CONFIDENTIA. XXX.

439. Ac quid, si vitulus aut pullus equinus apud rusticum manens adolevisset in bovem

aut equum, qui apud furem non ira exerevit, sed vel statim absumptus vitulus, aut pullus divenditus fuit.

R. Similiter furem teneri reddere aestimationem, secundum valorem summum, quo rusticus vitulum aut pullum certo, vel probabiliter deduxisset, aut vendidisset: nim. ratione damni emergentis & lucri cessantis, cujus utriusque fur causa fuit.

CONFIDENTIA. XXXI.

Cleptus furatus est Tremulo modium tritici 440. ci mense Augusti, quo valebat tres aureos: Postea in hyeme valuit sex aureos? anden. finita hyeme vicina jam pingui messe decrevis ad duos aureos: quæritur, ad quid teneatur Cleptus?

R. Hic inspicendum esse I. quonam die & tempore Cleptus triticum illud consumpsit. II. Quonam Tremulus illud distracturus fuisset, si ei ablatum non fuisset. Jam ergo

Si Tremulus dominus tritici illud fuisse 441. assumpturus vel distracturus primo tempore valoris trium aureorum, & Cleptus eum eodem tempore consumpsit, is tenerur restituere tres solum aureos aut modium tritici æqualis bonitatis. Ratio: quia non damnificavit Tremulum, nisi in illo valore.

Si Tremulus suum triticum erat venditurus 442. in tempore aucti valoris sex aureorum, & Cleptus

I

sus

fus illud consumpsit: tempore valoris trium aureorum, is tenetur restituere Tremulo sex aureos, aut duos medios tritici. Ratio: quia toto hoc majori pretio illum damnificavit.

443.

Si Tremulus triticum consumpturus aut distracturus erat tertio tempore diminuti valoris duorum aureorum, & Clepsius illud absumpsit primo tempore valoris trium aureorum, tenetur is restituere Tremulo tres aureos. Ratio: quia fur tenetur reddere rem, vel rei pretium, quanti est eo tempore, quo rem consumit: tunc enim actu damnum inferens iniusta consumptione contrahit onus restitutionis.

444.

Si Clepsius consumit triticum secundo tempore valoris sex aureorum, & Tremulus illud distracturus erat primo tempore valoris trium aureorum, ille tenetur huic restituere sex aureos. Ratio: quia triticum existens in secundo tempore valoris sex aureorum adhuc domino sui est, non furis, consequenter in valore illo domino crevit, & non furi.

445

Si Tremulus triticum suum servasset in tertium tempus, idque distraxisset aut consumpsisset illo tempore diminuti valoris duorum aureorum, Clepsius adhuc teneretur restituere pretium intermediij temporis, nim. sex aureos quo ipse absumpsit. Ratio est: Quia quando Clepsius absumpsit triticum iniuste, tenebatur ratione iniustæ consumptionis restituere eius valorem currentem sex aureorum: nec postea

jam absumptum poterat amplius decrescere domino, imo nulli: Ergo obligatio illa semel contracta manet etiam in tertio tempore diminuti valoris.

Si Clepsius consumpsit tritici unum tertio tempore, quo valebat duos aureos, & Tremulus distracturus fuisset in primo tempore valoris trium aureorum, ille tenetur huic restituere tres reos sive pretium primi temporis. Ratio: Quia plus illi non nocuit, siquidem illud non fuerat servaturus ad tempus medium valoris majoris. At ais: Medio tempore tritici valor crevit: Ergo domino crevit. Contra: At jam tertio tempore pretium rursus decrevit: Ergo domino decrevit: Itaque fur solum obligatur ad damnum illatum, quod est pretium primi temporis. 446.

Si denique Tremulus consumpsisset aut distractisset triticum tertio tempore, quo illud assumpsit Clepsius, is solummodo restituere debet duos aureos. Ratio: Quia pro tempore precedenti nullum passus est damnum Tremulis; pro tempore autem presenti reddi rem quanti valet: Igitur &c. 447

Ubi.

CONFRENTIA XXXII.

Habens bona fide alienum equum, vestem aut aliam rem: Hos aliter us ad iterum praesepit confugit: hospes tuus natus aut sciam 448

T 2

nam

nam in tuo diversorio reliquit &c. Postquam cognoscit ea esse aliena, in quo loco restituenda sunt, Dominine, an tuo?

**RESOLUTIO :** Quando res est restituenda ex titulo rei acceptæ tantum, id est, à possessore bonæ fidei; sufficit eam reddere in loco in quo tunc temporis possidetur, quo cognoscitur esse aliena, nec debet mitti ad locum peregrinum cum expensis possessoris. Ita Molin. Disp. 752. Less. 1. 2: cap. 14. dub. 8. & Comm.

**Ratio est facilis :** Quia possessor bonæ fidei non tenetur subire vel pati damnum absque sua culpa; Sed hic pateretur damnum absque sua culpa, si nim. suis expensis teneretur rem domino mittere ad locum distantem: Igitur &c.

### CONFERENTIA XXXIII.

449. At dominus ignoratur, vel ita absens est, ut conveniri non possit, aut certè non sine majori sumptu, quam res ipsa valeat, quid tunc faciendum? &c. Si quidem superstit spes dominum aliquando conveniendi, res eousque servanda erit: Si servari nequeat alienanda vel absumenda, ac pretium postea domino restituendum: cessante omni spe dominum conveniendi detur ejus confanguineis, si qui adsunt, aut pauperibus juxta tutiorem sententiam: at denique juxta probabilem poterit eam sibi servare possessor bonæ fidei; quia tunc res comparatur debito incerto, seu rei ignoti domini.

CON

CONFERENCE TIA. XXXIV.

450

Tu fu accepisti mihi ex stabulo meo Campidonæ equum; eumque per aquam transtulisti Viennam; Item pecuniam mille florenorum, quam ego profecturus Lugdunum mecum accepissem pro coemendis mercibus: quaeritur an satisfacias mihi, equum restituendo Viennæ, & pecuniam Campidonæ.

RESOLUTIO: Quando obligatio restitutionis oritur ex delicto seu injusta acceptione, debitor obligatur suis expensis collocare rem in loco, in quo dominus eam erat habiturus, si illi non fuisset ablata, in proposito equum Campidonæ, & pecuniam Lugduni. Ita omnes: Ratio est manifesta: quia per restitutionem Creditor debet ad æqualitatem reduci, ita ut nullum ex injusta tua acceptione vel detentione patiarur damnum aut gravamen: atqui ego non reducor ad æqualitatem ex injusta tua acceptione mei equi aut pecuniæ, si illum mihi Viennæ restituas, aut hanc Campidonæ, quia interim faciendæ mihi erunt expensæ, donec equum reduxero Campidonam, aut pecuniam Lugdunum: Igitur &c.

CONFERENCE TIA. XXXV.

Emisti à me, aut conduxisti equum Campidonæ, quocum proficisceris Viennam; Item dedisti hic mihi pigus pro mutuata tibi pecunia, interim tu te confers Oempontum; Item depolulisti hic torquem aureum, & postea

451

T 3

trans-



transfers te Argentoratum : vel commodum  
 tibi hic vestem pretiosam , quacam vadis  
 Helvetiam : Quæritur I. an tu mihi satisfacere  
 restituendo equum Viennæ ? II. An ego  
 teneat tibi mittere pignus Oenipontum ? III.  
 An ego obliger meis expensis tibi mittere torquem  
 aureum Argentoratum ? IV. An tu teneat  
 tuis expensis mihi mittere meam vestem pre-  
 tiosam ex Helvetia.

RESOLUTIO : Restitutio ex contractu  
 isto , in quo eadem numero res reddenda  
 (puta pignus , depositum , commodatum) ordi-  
 nariè restitui debent in loco , in quo tradita  
 sunt , nisi contrahentes aliter inter se paciscan-  
 tur. Ita *Comm.* Ratio est : Quia qui paciscitur  
 de eadem re , videtur etiam tacitè pacisci  
 de eodem loco , nisi expressè aliter inter se con-  
 veniat. Ex quo facile resolvere est quæ-  
 propositas quæstiunculas , scilicet te debere  
 mihi restituere equum conductum , aut pretiosam  
 empti Campidonæ : Item pignus tollere tuis  
 expensis : similiter & torquem aureum apud  
 me depositum : ac mittere mihi meam vestem  
 pretiosam.

Cui.

CONFERENTIA. XXXVI.

452.

Dictum est sup. Possessorem bonæ fidei p

se rem emptam à fure, quem nesciebat esse talem rescindere contractum, & reddere eam furi, si alia via ab eo precium acquirere nequeat: quæritur hic an idem possit, qui scienter rem emit à fure? &c. Probabilior & verior est sententia (quamvis opposita non sit omnino improbabilis) talem teneri reme furtivam immediata è domino, non furi restituere.

Ratio est: tum quia tenetur non solum ratione rei acceptæ, sed etiam ratione injustæ acceptionis, estque quasi fur, tum, quia censetur hoc damnum in se suscipere, ac credere juri, quod alioquin haberet ad rescindendum contractum, tum denique quia malitia & dolus nemini patrocinari debet: hic autem ipsi patrocinaretur, si posset eam reddere furi, ad recuperandum suum precium: Igitur &c.

CONFIDENTIA, XXXVII.

Si ego Tito debeo centum ex mutuo: & Titius similiter debet Cajo centum: an satisfactiam meæ obligationi, numerando Cajo centum; &c. Substituente rationabili causa, & in foro conscientiæ, affirmativè. Ratio est: quia tali modo adhuc servatur æqualitas, ut nimirum quilibet habeat, quantum habere debet. Nec cetè Titius potest esse rationabiliter invitus, quod ego ex rationabili causa ipsum præveniando, solvamejus creditori Cajo, ad ejus damnum avertendum, quippe alia suum debitum difficulter recuperaruro.

T 4

CON-

## CONFIDENTIA. XXXVIII.

454. Aliquis auferit rem à justo Possessore, qui non est Dominus proprietarius ejus, v. g. Commodatario, Conductore, Emphiteuta, Administratore, Procuratore, Dispensatore, Tutore, Curatore, Depositario, pignus habente, Custode rei sibi concreditæ, ut à Sartore vestes alienas conficiendas, Lotrice industria lavanda, &c. An teneatur, eam restituere ipsi domino proprietario, an vero Commodatario, Procuratori. Lotrici &c.

¶ Non semper ipsi Domino proprietario & directo rei ablata restituenda est, sed per se regulariter justo Possessori, à quo ablata est. Ita *Comm.* Et Ratio est: quia licet is rei dominium non habeat, tamen ex pacto & justo titulo habet jus, illam usurpandi, servandi, detinendi, custodiendi &c. Ergo auferens ei rem privat ipsum justa possessione, plerumque non sine damno vel lucro cessante: consequenter ipsi & non domino immediate restituenda est.

Dixi *per se & regulariter*: Si enim Custos, Administrator, &c. suspectus sit de re sibi iniuste retinenda vel absumenda: vel non est ex pax dominij aut administrationis (cujusmodi v. g. est Religiosus subditus, uxor respectu bonorum viro priorum & communium utriusque filius familias, pupillus &c.) tunc rationalis & æquitas postulat, non ipsi, sed domino

vero

ve o, viro, parenti, aut tutori restituendam esse.

**CONFIDENTIA, XXXIX.**

455

Positens acculat se apud Confessarium, quod possideat multa bona acquisita per simoniam, usuras, injustos contractus, defraudationes, furta, rapinas, &c. quorum dominos ignorat, ita absentes sunt, ut eis restitui nequeant: quid ergo ipsi imponendam à Confessario.

*Ex. Cum Comm. DD. ea definitione Alex. III. cap. cum tu, de usuris.* Illa bona restituenda esse pauperibus, Ecclesiis, ac piis locis. Ratio, quia ea censetur esse mens dominorum bonorum illorum, ut quibus non possunt reddi temporaliter, reddantur spiritualiter, utpote per eleemosynam.

Cæterum notandum, antequam restitutio rei incertæ fiat pauperibus, præmittendam esse diligentem inquisitionem veri domini, aut hæredum; ne successu temporis, dominus compareat, & teneari de novo restituere, tibi que impurare, quod rem alienam ita imprudenter alienaveris. Quod si enim facta diligenti inquisitione, & domino non comperito, erogaveris eam pauperibus citius absumentam, ad nihil amplius teneberis, quia culpam tuam purgasti per dictam inquisitionem, erogationemque in pauperes.

T 5

CON-

## CONFIDENTIA. XXXX.

456. **O**fficialis inclytæ Civitatis, Monasterij, Collegij, Seminarij, Hospitalis, &c. subtraxit mille aureos, ac pœnitentia ductus dixit ad Confessarum, se velle eos in pauperes erogare: an sufficiat?

*R.* Damnum Communitati, Monasterio, &c. factum non compensari per restitutionem pauperibus factam. Ratio: quia Communitas ipsa læsa est immediatè, non vero particulares personæ, sive divites, sive pauperes sint: ergo restitutio faciendâ est immediatè communitati læsæ, non pauperibus, *ita Com. DD. apud. Patric.*

## CONFIDENTIA. XXXXI.

457. **S**ed quid, si ex iniqua mensura prædiorum agrorum, &c. subditi notabile damnum acceperint, & Princeps proventum, an & hic restitutio faciendâ pauperibus? *R. cum Lugo tom. 1. de just. disp. 6. sect. 12. num. 148. Tambur. lib. 8. tract. 4. c. 1. d. 2. num. 19. & aliis non pauperibus, sed subditis damnificatis restitutionem faciendam esse. Ratio: quia hi, non illi injuste damnificati sunt,*

*Sed quomodo, ats., tot subditis faciendâ legitima restitutio.*

*R. det Lugo cit. Fiat ergo restitutio toti communitati, vel vicinæ læsæ per aliquod commune bonum, v.g. faciat Princeps merces meliores, ac vilius vendendo, aut meliori pondere ac mensura: aut remittendo ali-*

quandiu consuetos redditus, onera, &c. ut  
lic, quantum fieri potest, damna compensentur,

Quando.

CONFERENTIA. XXXXII.

Pœnitens obnoxius restitutioni eam pro-  
crastinat de anno in annum, usque dum  
veniat ad mortis articulum, in quo constitutus  
posset quidem facere restitutionem per se, ta-  
men potius vult eam in testamento hæredibus  
committre: an possit absolvi à Confessario  
ipsi assistente.

&. Talem pœnitentem obligatum fuisse ad  
restitutionem faciendam. I. quoad actum in-  
ternum, sive voluntatem restituendi, à primo  
instanti, quo agnovit, se esse possessorem rei  
alienæ. II. Quoad actum externum seu rea-  
lem restitutionem, pro prima commoda op-  
portunitate, quam habuit. III. Adeoque ob-  
ligari ad lucrum interim Creditori cessans, ac  
damnum emergens. IV. Nec posse absolvi,  
priusquam hæc omnia restituat, si sit restituen-  
do: ita per omnia communis.

Ratio primæ partis est: Quia præceptum  
restituendi, seu rem alienam non detinendi in-  
vito domino, est negativum, ac consequenter  
pro semper obligat: ergo si non in re, saltem  
in voto ac proposito, tenetur statim in primo  
instanti mathematico ad restitutionem; aliàs  
manet semper in proposito peccandi.

Ratio secundæ partis est: quia restitutio rea-  
lis

459. **l**is est quidam actus positivus externus, requi-  
rens moram temporis ad sui executionem: igitur  
necesse est, ut præceptum restituendi rea-  
liter obliget pro primo instanti, morali seu  
prima habita commoditate debitori possibili.

*Ratio tertiæ partis ex dictis constat: quia*  
460. **scil.** possessor malæ fidei obligatur Creditori  
ad lucrum cessans ac damnum emergens: talis autem est possessor malæ fidei, qui scit,

461. **se esse obnoxium restitutioni: igitur, &c.**  
*Ratio denique 4tæ partis inde sumitur, siqui-*  
dem talis dilatio solutionis est signum, pœnitentem non habere omnimodam voluntatem restituendi, sed solummodo conditionatam, scil. si moriatur: hæc autem intentio non sufficit ad veram pœnitentiam; quia includit animum ulterius peccandi, si eum contigerit non mori: igitur, &c.

Deinde sanus potens restituere, ac nolens, non debet absolvi: ergo minus, qui mori proximus est, quia is vel maximè salutem animæ suæ procurare debet. Denique experientia constat, similes debitorum restitutiones (maximè si sint occultæ) vel nunquam, vel non nisi tardissimè ab hæredibus fieri.

### CONFERENTIA, XXXIII.

463. **O**noxius restitutioni eam facere nequit nisi cum periculo animæ suæ vel suorum, vira

corporalis, aut liberatis, mendicitatis, &c.  
An liceat ipsi differre restitutionem, usquedum  
prædicta pericula cessaverint?

RESOLUTIO sit ex *Scoto 4. d. 15. q. 2. d. n. 33.* Licet detinere rem alienam, quando ille, cujus est, debet rationabiliter velle eam detineri, ut si sit in præjudicium Communitatis, vel ipsius recipientis restitutionem. 2. Debet etiam velle, non fieri restitutionem, quando esset in diffamationem restituentis. 3. Debet magis velle, quod vitetur magnum incommodum proximi restituentis, quam modicum suum, vel omnino nullum in modica dilatione restituentis, Ratio est: quia lumen naturæ dicitur bonum communitatis præferendum esse bono privato: & bonum altioris ordinis bono ordinis inferioris: & magnum incommodum parvo, vel nulli. Ac quid si ex dilatione restitutionis Creditor æquale damnum patiarur? R. Tunc potiore conditionem esse Creditoris innocentis, quam debitoris nocentis.

CONFERENTIA XXXIV.

Quidam debitis gravatus, ut se ineptum reddat ad restitutionem, ingreditur Religionem: an rectè? R. Cum communiori & veriori sententia, gravatum ære alieno non posse ingredi Religionem, si probabiliter pu-

564

565



ret, se, manendo in saeculo, posse satisfacere  
 Creditoribus, non vero in Religione; sive  
 deinde sit debitor ex delicto, sive ex contractu,  
 Ratio est: quia Religionem ingredi est de  
 consilio, restituere autem alienum est de praec-  
 cepto naturali, divinoque, ergo stante hoc  
 utroque jure, ejusque obligatione, ingressus  
 Religionis est illicitus ac iniurius. Creditori-  
 bus: quia per eum debitor se reddit impo-  
 tentem ad solvendum. Caeterum eius pro-  
 fessio est valida, tamen Superior hoc sciens vi-  
 detur se obligare ad permittendum tali subdito  
 labores eos, quibus debita sua persolvere val-  
 leat.

## Quomodo.

De Debitore ex Contractu &  
 re accepta.

CONFIDENTIA. XXXV.

465. **T**U locasti mihi equum: commodasti ve-  
 stem: deposuisti pecuniam: Ego tibi  
 haec omnia remis per fidelem meum famulum  
 qui in via omnibus spoliatus rediit. Teneor  
 ad novam restitutionem.

R. Negative cum *Comm. DD. & Molin.*  
*Disp. 276. n. 12.* Ratio est: Quia res domino  
 suo perit: sed tu eras omnium istorum domi-  
 nus, utpote debiti realis sive rei determinatae  
 in individuo: igitur tibi perierunt, ut ego  
 non

non amplius teneat ad restitutionem; Teneret autem, si debitum fuisset personale & indeterminatum ( V. g. centum floren à te mihi mutuo dari ) quia tunc fuisset ego dominus illius, & per consequens mihi perissent, non tibi. A vero si tu mihi famulum tuum misisses ad aufeendum debitum, & ille cum eo aufugisset, illud tibi perisset, & ego liber manerem; quia famulus à domino destinatus facit quasi unam personam cum domino, ideoque tradere rem tali famulo idem est, ac eam domino tradere, saltem tunc, quando ea non est debita ex delicto, de quo postea.

CONFERENTIA. XXXXXVI.

De Debitore ex Voto.

Vovisti vel jurasti Deo Calicem aureum, aut certam pecuniam dare B. V. Enfidensi, misisti per virum fidelem putatum, sed ipse sibi retinuit: obligarisne alium mittere ad solvendum votum.

466.

R. Cam Diana p. 10. tr. 16. resol. 97. Tambur. & alius: minime. Ratio est: quia in re morali satis ex Dei benignitate, à te votum vel juramentum censendum est adimpletum, dum bona fide traderes calicem vel pecuniam tali homini.

CON.

## CONFIDENTIA. XXXXVIII.

## De Debitore ex delicto.

467. **Q**uando nuncius, per quem mittitur res restituenda ex delicto, designatur à creditore, & res casu, vel malitia nuncii, creditore non traditur, an debitor maneat de bligatus ad restitutionem. Certum est, eum adhuc obligari, si ipsemet tale nuncium elegerit, quia tunc delictum est causa, cur creditori res restituatur.

468. *R.* *Primo Probabile est in foro Conscientie* debitorem malæ fidei, qui misit debitum per nunciam, alioquin bonæ fidei, v.g. Confessarium, propter periculum infamiæ evitandum, si per infortunium latoris perierit, non obligari ad novam restitutionem; Ita *Petr. Novar. cum alijs viris doctissimis ac religiosissimis.* Ratio est: quia non est credendum, quod dominus rei non habuerit ratum dictum restituendi modum per Confessarium, maxime si debitor non potuerit id per se ipsum præstare sine jactura suæ famæ: & quia insuper fecit, quantum potuit: ergo in foro conscientie ad nil amplius obligari videtur. Ideoque pro foro externo, & fortè probabilius etiam pro foro conscientie sit.

*R.lio*

*Res. 2da* secunda : Probabilius est , debitorem ex delicto , etsi per Parochum aut Confessarium miserit debitum Creditori , si quomodocunque pereat [ simili tamen casu non peritura apud dominum ] non deobligari ab ulteriori restitutione. Est Patricio nostro verissima : pro qua refert Navar. utrumque , Tolet. Molin. Laym. &c. Ratio fundamentalis est : quia debitor ex delicto hoc ipso , quia injustè accepit ac detinuit rem alterius , est verà , & voluntaria causa damni alterius [ sive deinde res sua , sive alterius culpa pereat ] ita ut Dominus semper dicere possit , nisi delictum tuum præcessisset , res mea non periisset : ergo quocunque modo pereat , debitori ex delicto perit , consequenter hic nunquam liberatur à restitutione , licet eam tradiderit Confessario , & fecerit quantum in se est , & quantum potuit : hoc enim ipsum in tantum juvat , ut evitet novum peccatum non retinendi rem alienam , non item ; ut cum liberet ab obligatione orta ex primo delicto restituendi denuo : quia ex primo delicto semper obligatur ad servandum dominum indemnem cum effectu.

CONFERENCE. XXXVIII.

De Ordine inter Damnificant

SI plures concurrant ad idem damnandum , utpote Mandans , Consulens , Con-

V  
sene

U.  
O.  
r res re  
redito  
redito  
l garu  
ic obli  
t, qui  
es nan  
Scientia  
um per  
Confes  
evitan  
, non  
Petr.  
fissim  
quod  
restit  
ine li  
æstare  
fecit  
riæ ad  
ue pro  
n pro  
Resio

sentiens, Exequens, &c. Quis eorum tenetur ante alios facere restitutionem.

R. *Prime*: Quando inter Personas damnificantes est aliqua; penes quam extrat res ablata, vel quæ facta est ex ea ditior, illa ante omnes alias obligatur ad restitutionem, saltem, quoad illam partem, in qua facta est locupletior. Ita *Communis*. Ratio est: quia res aliena, vel effectus, quo quis ditior factus est ex ea, nullo justo titulo servari potest: ergo in omni casu restitui debet, consequenter habentem ante omnes alios obligatur ad restitutionem.

R. *Secundo*: Quando inter causas cooperantes est aliqua Mandans, illa tenetur præ cæteris ad restitutionem. Ita cum D. *Thoma q. 62. 47. à 7. Sylv. medin. & alii. Quia l. 37. ff. ad legem equitiam*. Definitur, quod liber homo, si iussu alterius injuriam dederit, actio erit eum eo, qui iussit, si ius habuit imperandi: quod si non habuit, cum eo erit agendum, qui fecit, id est, cum Executore. Et ratio est: quia causa præcipiens saltem moraliter est causa principalis, quæ per personam sibi subditam tanquam instrumentum operatur: Ergo principaliter danno causam dat, atque adeo principaliter obligatur ad ejus reparationem. Unde

R. *Tertio*: Mandantem sequitur proximè Executor: Patet ex *Lege cit. ff. ad legem aquilianam ibi, Cum eo erit actio, qui fecit. Et Ratio est: quia*

quia Executor immediate attingit damnatum :  
Ergo post mandantem est causa principalis.  
Sed ad quid , & quo ordine obligantur cæteri ,  
Consulens , Consentiens &c.

R. Quarto ; Cæteri Concurrentes , in de-  
fectum causæ principalis , omnes reque primo 473.  
obligantur ad restitutionem. Ratio est : quia  
nullus concurret ut instrumentum alterius ,  
quilibet per se suo ordine , unus scilicet Execa-  
torem instruendo , alter utilitatem ostendendo  
tertius laudem promittendo : Igitur nullus præ  
alio obligatur , adeoque omnes æqualiter.

CONFERENTIA XXXIX.

DEBITOR quidam habet multa debita , inter  
quæ sunt aliqua realia , alia personalia ,  
quorum aliqua sunt certa , alia incerta [ id est ]  
aliquorum Creditores sciuntur , aliorum vero  
non : Item alia ex contractu oneroso , alia ex 474.  
gratioso : alia cum hypotheca , alia sine hypo-  
theca : quæ ergo præ alijs solvenda ?

R. Primo : Quando inter bona debitoris a-  
liqua reperiuntur , quæ in se & substantia sua  
extant , eorumque dominium est penes Cre-  
ditorem , non vero debitorem illa debent om-  
nium primo solvi ei , cujus sunt : Breuius :  
Debitum reale est ante omnia alia solvendum.  
Ita *Molin. D. 56. n. 29. Cajet. Medin. & alj.*  
Ratio est : quia dominium talis debiti sem-  
per mansit penes creditorem : ergo non potest  
absque eius injuriâ alijs credi, quibus tradi ad

satisfaciendum ipsis exinde. Nec obstat, quod is ignorerur: quia dominus ignotus non est peioris conditionis, quam notus: quod si autem esset notus, res illi ante omnes restituenda esset: Ergo eodem modo ipsi primo restituenda est, quando est ignotus, saltem in pauperibus. *Confirm.* Creditor realis habet jus, & in rem ipsam debitam, & in ipsum debitorem, personalis autem Creditor solummodo in personam debitoris: Igitur ille huic præferendus est.

*R. secundo:* Quando debitor habet multa debita personalia, quorum aliqua sunt certa, **475.** alia incerta (id est) aliquorum Creditores sciuntur, aliorum vero non, si non potest omnibus satisfacere, bene autem aliquibus, debita certa sunt prius solvenda, quam incerta. Est *Communis contra Molin. D. 64. 760. n. 2.* Ratio est: Quia bona seu debita incerta sunt restituenda pauperibus: sed certum est, pauperes non habere tantum juris in bona debitoris, quantum habent veri ac certi Creditores: ergo hi sunt illis præferendi.

*R. Tertio:* Debita ex contractu oneroso debent prius solvi, quam debita ex contractu gratuito. Est etiam *Com. cum Molin. cit.* Et ratio est: quia major ratio iustitiæ reperitur in contractu oneroso, quam gratuito, consequenter major etiam obligatio solvendi.

**476.** *R. Quarto:* Debitum ex delicto non est necessario prius solvendum, quam debitum ex

COR-

contractu absque hypotheca. Ita cum Molin. Lessius, Borac. & alij. Ratio est: quia nulla potest ostendi ratio, quare debitum ex contractu licito debeat post boni debito ex delicto, nisi quod hoc sit contractum cum majori injuria domini quam illud: hæc autem ratio nulla est, siquidem in restitutione non est spectandus modus injuriæ, sed inæqualiter in rebus acceptis; ne scilicet alienum retineatur invito domino: Igitur &c.

Dixi, absque hypotheca: Quando enim debitum est alteri per hypothecam obligatum, tunc is ratione hypothecæ habet aliquod jus reale in bonis debitoris, quale jus alter non habet, qui tantum est Creditor personalis non habens illam rem debitoris sibi immediata obligatam, sed solum personam debitoris, ideoque ille præferendus est juxta *L. Eos, Cod. qui potiores in pignore.*

R. 5. In debitis pure personalibus nulla habenda est ratio vel ordo Prioris & posterioris. Ita Molin. D. 536. n. 41.

Ratio est: Quia Creditores merè personales habent æquale jus in personam debitoris: nec ex eo, quod unus sit alio tempore posterior, culpandus est: Igitur omnibus æqualiter facienda est restitutio ad ratam quantitatatis debiti, si bona non sufficiant ad satisfaciendum omnibus.

Dices: Regula juris est: Quia prior tempore



*potior jure*: ergo prior Creditor præferendus est tempore posteriori.

¶. Hinc Regulam solummodo valere in Creditoribus realibus, & habentibus hypothecam in eandem rem, non vero in Creditoribus purè personalibus. Sed

Replicabis: Hæc regula etiam valet in sponsalibus. Nam sponsalia priora præferuntur posterioribus: ergo non tantum de Creditoribus realibus intelligenda est. ¶. *Neg Conseq.* Tum quia in sponsalibus est debitum reale (ubi enim persona promissa pro re accipitur) tum etiam, quia quando eadem indivisibilis res pluribus promittitur, sine dubio ille potius jus habet, cui prius promittitur, ut fit in sponsalibus hoc autem non fit in debitis personalibus: Igitur, &c.

### CONFERENTIA. L.

#### De Differenda Restitutione.

477. Circa hunc Titulum ponit *Scotus 4. disp. 15. q. 2. a. 4.* Regulam universalem. Quotiescunque Dominus, seu creditor rationabiliter contentus esse debet, quod restitutio differatur, vel omittatur, poterit differri, vel omitti, licet ille re ipsa invitus sit. Quæritur ergo, an ea universaliter vera sit.

RESOLUTIO prima: Restitutio licite differtur. I. Quando debitor inculpabiliter ignorat, rem esse alienam aut obnoxiam restitutioni, usquedum incipiat dubitare. Patet ex ter-

minis. II. Quando debitor non habet, unde solvat, quia impossibilem nulla est obligatio. III. Quando debitor non potest restituere, nisi cum animæ, corporis, famæ, libertatis, status iuste acquisiti, aut bonorum temporalium majori iactura, vel damno graviore, quam sit commodum ex restitutione domino proventurum. Ratio est: quia in his omnibus creditor sanæ mentis non potest esse rationabiliter invitus differri sibi restitutionem: siquidem ratio naturalis dicitur, bona inferioris ordinis, aut certe minorâ, cedere debere bonis ordinis altioris & longè majoribus. IV. Denique quando restitutio statim faciendâ cederet in idamnum creditoris, tertij, Reipubl. ob eandem rationem. Unde pro particulari sit.

RESOLUTIO secunda: quando debitor solutis debitis lapsurus est in desperationem, aut sustentationem mediis illicitis quæsiurus, uxor & filia præ inopia se prostituerunt, filij latrones futuri &c. potest licitissimè differre restitutionem. Item, si homo nobilis, dimisso omni famulatio, divendita omni supellestili ac domo deberet alijs servire, artem mechanicam exercere, mendicare &c.

RESOLUTIO tertia: Secus dicendum, quando debitor statum suum inique comparavit, v.g. mercator nobilem, per fraudes, dolos, usuras, furta, rapinas, &c. Talis enim non manet de obligatus à restitutione maturandâ, etiam cum

ndus et  
ere in  
ypothe.  
toribus  
n spon  
erunt  
ditori.  
Conseq  
ale (ibi  
rum  
es plu.  
us ha.  
alibus  
s: Igi.  
p. 15.  
Quo  
abili  
diffe  
omit  
ergo,  
è dif  
gno  
urio  
x ter  
mi.

jaetura talis status injuste de alieno acquisiti  
cum hoc non sit cadere statu suo, sed potius  
ad priorem sibi debitum statum redire, etiam  
usque ad mendicitatem, si prius talis fuerit,  
salua solummodo extrema necessitate, nisi  
creditor in eandem incideret per non restitucio-  
nem, quia tunc videretur Innocens præponen-  
dus iniquo possessori, si tamen ita est ob aucto-  
ritatem plurium DDum in contrariam.

### CONFERENTIA. LI.

**C**Errum est, omnes causas, ob quas licite  
potest differri restitutio, etiam probare,  
eam posse omnino omitti, si durant perpetuo.  
An autem præter illas aliæ aliquæ dentur, quæ  
480. liberant debitorem ab omni restitucione, hic  
resolvendum est.

**RESOLUTIO** : Tales causæ sunt. I. Re-  
debitæ in specie sine omni culpa debitoris, in-  
teritus. II. Remissio Creditoris. III. Com-  
pensatio facta. IV. Præscriptio legitima &  
justa Judicis sententia. V. Cessio bonorum.  
Ita Com. DD. & patet ex Regula Scoti, ubi sup.  
quia ejusmodi causis subsistentibus creditor  
non potest esse rationabiliter invitus, si omittat  
restituere.

481. Porro I. Causa valet solummodo in debito-  
re bonæ fidei : & malæ fidei tunc tantum,  
quando res casu apud ipsum sperit, similiter  
certo peritura apud dominum, de quo sup.

II. Causa

II. **Causa etiam non valet**, quando remittens vel condonans non habet liberam administrationem bonorum, ut filiusfamilias, pupillus, Religiosus, &c. Item quando Lex obstat: ut si Judex delegatus aliquid accipiat à partibus contra præscriptum *Cap. Statutum. de re scriptis in 6.* & si Episcopus visitans Ecclesias præter necessarium victum aliquid acceperit, *C. 5. & 6. de censibus & actionibus in 6.*

III. **Causa requirit**, ut remissio fiat libere, & sine vi vel fraude, est enim species donationis, quæ debet esse libera; alias non tollit obligationem restitutionis.

IV. **Præscriptio legitima**, bona fide remota tempore possessam, publica auctoritate transfert in possessorem.

V. **Causa**, cessio bonorum non excusat in conscientia Debitorem, nisi is fiat vere impotens: videntur ergo debitores illi, qui, antequam cedant rebus, pretiosiora abscondunt; ex quibus proinde obligantur satisfacere Creditoribus in foro conscientie, in quantum possunt, servatis solummodo ad vitam necessariis.

## De scandalo alteri dato.

### CONFIDENTIA. LII.

Qui scandalizat vel inducit alium ad peccatum grave, quod alias non erat commissurus

482

V 5

rus

rus, tenetur sine dubio ad aliquam restitutionem; utique ad procurandam ejus emendationem: an autem ad id ex iustitia tenetur, aut ex sola charitate, hic resolvendum est breviter: Itaque fit

**RESOLUTIO prima:** Qui induxit alium ad peccatum consilio, suasionem, precibus vel denarijs, tenetur ex charitate procurare, ut à peccato resipiscat. Ita omnes: & patet, quia si unicuique mandavit Deus de proximo suo *Eccli 17.* quântò magis illi qui proximum ad peccatum induxit?

**RESOLUTIO secunda:** Inducens alium ad vitia, & corruptionem virtutum absque vi, fraude vel metu, non videtur obligari ex iustitia ad restitutionem. Ita *Sotus in 4. de just. q. 6. a. 3. & RR. communiter.* Ratio desumitur ex còmmuni illa regula juris in *6. Scienti & volenti non fit iniuria:* sed qui inducit ad peccatum donis vel precibus, est sciens & volens absque ulla necessitate: igitur illi nulla fit iniuria, ac consequenter exinde non oritur obligatio restitutionis ex iustitia.

Dixi, absque vi, fraude, vel metu, quia talis sine dubio infert alteri injuriam damnosam, utpote invito, atque adeo tenetur ex iustitia tollere causam datam, vim, dolum, metum, &c. ne ulterius peccet, & procurare seducti emendationem.

CON.

## CONFIDENTIA. LIII.

**Q**uia Apostolus, ad Theff. 5. dicit: *Ab omni specie mali abstinete vos*: quæritur, an teneatur quis vitare actionem ex se non malam, quæ tamen speciem mali præfert, ex quaque prævidet, vel prævidere, debet alios scandalizandos: v.g. sacerdos alit sæminam populo suspectam bona quidem intentione, advertit tamen populum inde scandalizari, an teneatur eam dimittere.

&. Affirmative: quia idem Apostolus, ad Cor. 8. de eo qui in loco, ubi carnes idolis immolatæ comedebantur, [utiq; res per se non mala] recumbebat, severe monet dicens: Videre, ne forte hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis. Si enim quis viderit eum, qui habet scientiam, in idolo recumbentem, nonne conscientia ejus, cum sit infirma, ædificabitur ad manducandum idolothita, & peribit infirmus in suo scientia frater propter quem Christus mortuus est? atqui eadem est ratio de Sacerdote alente sæminam populo suspectam: igitur &c.

## CONFIDENTIA LIV.

**N**ovi Confessarium me absoluturum in statu peccati mortalis, si ipsi confiteor: 486.  
novit puella se à quopiam juvene concupiscendam, si foras prodeat: an possum tali confessario nihilominus confiteri, & an puella liceat foras prodire. &. ambo tenemur ex lege chari.

chari.

charitatis impedire malum spirituale proximo  
 cum facile possumus, & nulla ratio necessitatis  
 vel utilitatis propriæ nos urget, me quidem  
 confitendum dicto Confessario, dum alium  
 habeam: puellam autem ad exeundum  
 mera curiositate. Ratio est: quia licet turpe  
 esset scandalum acceptum, & non datum  
 tamen cum possit commodè hoc ipsum vicium  
 absque ullo nostro præiudicio, ex charitate  
 uniusque vitandum est. Secus esset, si me cogere  
 necessitas ad confitendum, nec haberem alium  
 Confessarium, aut puella haberet, quod forte  
 ageret, tunc enim scandalum seu peccatum  
 proximi sequeretur ex mea ipsius malitia,  
 adeoque nobis non imputandum, utpote ha-  
 bentibus justam causam confitendi, vel exeun-  
 di.

## CONFIDENTIA. LV.

486. **P**arochus die festo [ casu vel culpa ] non je-  
 junus si non celebre, graviter populum  
 scandalizabit: an possit celebrare? &c. Postea  
 Ratio est: quia major est obligatio præcepti  
 naturalis charitatis de cavendo scandalo  
 orum, quam præcepti positivi Ecclesiastici  
 de celebrando Sacro jejunio.

## CONFIDENTIA. LVI.

487. **S**tudiosus proposuit ingredi Religionem  
 prævidet autem exinde parentes, scandalum  
 can

zandos, utpote pejeraturos, blasphematu-  
ros &c. An tenestur omittere suum pro-  
positum: &c. Non teneri omittere, sed ali-  
quandulum differre, donec scilicet parentes  
debite informentur. Ratio est: quia ex  
una parte gravis esset jactura boni spiritualis  
Studiosi: & ignorantia parentum corrigi po-  
test per informationem: qua facta si nihilo-  
minus scandalum duree, illud erit pharisaicum  
non curandum: de quo Matth. 5. *Sinite illos,*  
*cæci sunt, & duces cæcorum.*

## CONFERENTIA. LVII.

Puella imprægnata præ intolerantia pudoris,  
infamiae, aut pœnarum horrore, certo est  
seipsam occisura, una cum foetu animato: an  
licite possit ei suadere abortus procurationem,  
at evitet suicidium? &c. *det Patrit. Tr. 5. in quintum*  
*præceptum, cap. 1. sect. 3. num. 57. cum. Castropalao*  
*& Tambur Affirmative.* Ratio: quia tunc  
esset Consilium conditionatum, si omnino  
utriusque vitam velit perdere, perdat unius  
tantum, ex duobus malis minus permittendo,  
quod utique rationabiliter consulitur. Nam  
sic puella non allicitur ad malum, nec ad mi-  
nus malum, sed ipsi solum ostenditur alterum  
esse minus malum, quod si ipsa postea illud  
eligit, illi imputabitur.

## CONFERENTIA. LVIII.

Dominus vel pater familias habet suspē-  
ctum de furto servum vel filium, an possit  
tan-

484.



tantum dissimulare ac permittere denuo furari, sed etiam indifferentem ansam præbere, v.g. pecuniam exponendo, clavem in arca relinquendo &c. Ut in furto deprehensus efficacius emendet, seseque indemnem seruet? Responder iterum qui sup. nu. 65. cum. Laym. Diana & Tambur. id licite fieri. Ratio: Quia hoc modo non concurritur formaliter ad peccatum, sed solum occasionem vel materiam relinquendo, peccatum permittitur, ut efficacius deinceps impediatur.

Nec hoc est facere malum, ut eveniat bonum, quod utique illicitum est; sed solum est permittere malum, ut eveniat bonum, quod malum non est.

#### CONFERENTIA. LIX.

490. **C**ustos gabellarum, sylvarum &c. abscondit se, ut viator sine gabella soluta transiens deprehendatur, ac bona ipsius confiscentur: An licite? Resp: Custodem eò ipso, quod intendat damnum grave proximi, quod absque peccato non incurritur, concurrere etiam ad ipsum peccatum: intendit enim pœnam, quæ non est debita, nisi post commissum peccatum, ideoque agit illicite. Si autem non habeat aliam intentionem, quam ut gabellæ non defraudentur, sylva suæ curæ concredita melius custodiatur &c. Valer Ratio data pro præcedenti Conferentia.

CON-

## CONFERENTIA LX.

**N**ecessitate premeris ad mutuo postulandam pecuniam, quam scis tibi minimè concedendam sine lucro usurario: quæris an eam licitè petere valeas? & licitè: 491.

Ratio tu non petis pecuniam qua usuraria, sed quam tibi usura dandam novisti, adeoque non intendis usuræ injustitiam, sed tantum propriam utilitatem, permessa solummodo malicia usurarii, à qua ipse posset & deberet se liberare.

Sed quid si peteres illam pecuniam expresse cum usura? v.g. dicendo: Da mihi talem summam pecuniæ mutuatam, nam solvam tibi eam cum usura, quam ipetieris. Respondet

*P. Patris ex. Sanchez Lib. 3. Moral. cap. 8. num. 30.* Et hoc probabilissimè tibi licere: Est enim sensus tuæ petitionis conditionatus in hunc modum; Da mihi mutuum, & quia non vis gratis, solvam tibi lucrum usurarium; ideoque idem cum sensu prioris responsionis;

## CONFERENTIA LXI.

**E**st tibi, vel bruto tuo illatum maleficium; an licitè possis petere à mago vel saga ejus solutionem? Resp. Si scias eum velem solvere posse absque novo maleficio, etsi credas non

non soluturum absque diabolico contractu ex propria malitia, licite. Ratio est, quia quod petis, bonum est, & ab altero bene fieri potest, ut supponitur: Quod ergo male fiat, non tuæ petitioni, sed alterius malitie imputandum est. *Ira Comm. DD. cum. Sanchez, Lib. 7. de matrim. Disp. 95. num. 11.*

## CONFERENCENTIA. LXII.

493. **I**ndiges beneficio in re magni momenti a Magnate vel Iudice impetrando, nec potest melius illud impetrare, quam per amasiam vel concubinam ejus quam times lapsuram, an licite possis ejus intercessione uti? *Resp.* licite. *Ratio:* quia petitio tua ex se bona & de re bona est: & illa potest absque peccato ei satis facere: Igitur si non satisfaciat, nisi cum peccato, sibi imputet.

## CONFERENCENTIA. LXIII.

494. **V**enit hospes ad cauponem, ac postulat tantum vini sibi apponi, quo possit inebriari, & nisi dederit, aliunde afferri curaturus: quæritur, an caupo id licite faciat? *Resp.* Si ex negatione vini caupo pateretur diminutionem diverrentium, aut notabilem cessationem lucrari &c. Esse sufficientem causam subministrandi hospiti vinum, quo se inebriet: *Ratio* est quia stante concursu cauponis (cujus justam causam habet) peccatum adhuc peccatum non

non fieri, & tecluso ejus concursu, peccatum nihilominus fiet: Ergo is non concurrit ad peccatum, nisi materialiter, ad quod faciendum habet rationabilem causam, quæ ratio etiam valet pro seq. Confer. quæ est

## CONFERENCE LXXIV.

**M**ercatores Norimbergenses divertunt, finitibus nundinis Salisburgensibus, in hospitio Catholico in via, petunt die Veneris carnes, negante hospite facile aliunde comparari: An is licite ipsis eas administrare possit? Resp. ut sup. licite: Ratio est eadem propter lacrum cessans, & notabile cauponis detrimentum: & quia non concurrit ad formale, sed tantum materiale peccatum, absque ejus concursu nihilominus committendum.

497.

496.

## CONFERENCE LXXV.

**C**ontingit non raro, quod Religiosi ex malo animo Novitio negent votum ad Professionem absque justa causa: an peccent contra justitiam, & teneantur ad restitutionem.

Resp. Eos peccare contra justitiam commutativam, ac consequenter teneri ad omnem possibilem restitutionem. Ita *Patrit. noster*

*sup. num. 244.* Ratio est: quia in receptione Novitiorum fit mutuus contractus onerosus: Religio enim ad se venientibus offert sustentationem, probationem, examen, & judicium legitimum juxta probationis experientiam; & contra ingrediens suos & sua relinquit,

X

onus

cuas probationis subit, exspectat examen & iudicium legitimum juxta experientiam probationis: Ergo si Novitius ex parte sua subire hæc omnia, Religio tenetur ex justitia etiam facere quod suum est, utpote Novitium examinare, legitimè ac juste judicare, ei non denegando suffragium ad Professionem sine causa.

## CONFERENCE. LXVI.

497. **L**egitur de quibusdam Martyribus, qui se ipsos directe occiderunt: Ut scemina illa, quæ cum ad tyrannum essent perducendæ, se se in flumen præcipitarunt, ne pudicitiam amitterent: De quibus *Euseb., lib. 1. cap. 12.* Eodem modo S. Apollonia se ipsam in rogam iniecit: Samson *iud. 16.* se ipsum ruina domus contrivit: Eleazarus *1. Machab. 6.* occidendo Elephantem se ipsum mole ejus occidit. Non abs te ergo quæritur, an liceat aliquando se ipsum occidere.

Resp. Absque divina auctoritate nulli licitum est unquam se ipsum directe occidere, Ita *Comm. DD.* Ratio est, eaque fundamentalis, quia destruens rem domini sui absque facultate, facit domino injuriam, & peccat: Sed homo se ipsum directe occidens, destruit rem, id est vitam quæ est solius Dei, ipse autem solummodo custos: ergo destruendo suam vitam

498. directe absque facultate Dei, facit Deo injuriam & peccat. Unde

Ad exempla proposita in Conferentia dicendum

dum, quod mortes illæ causaræ fuerint vel ex instinctu Spiritus sancti ( ut expresse testatur Ecclesia de S. Apollonia, & quibusdam alijs ) vel ex ignorantia & bona fide [ ut de virginibus sese præcipitantibus in aquam ], vel cum spe evadendi cum vita, idque propter bonum commune Reip. [ ut fecit Samson & Eleazarus ] utique etiam ex interno Spiritus sancti motu.

## CONFERENCE. LXVII.

Condemnatur quis legitimè à Judice ad mortem: Quæritur ergo, an possit à Judice Reo committi, ut se ipsum interimat, gladio trahat, venenum bibat? Respondet Pont. 499.  
*noster disp. 52. 4. num. 18.* Id probabiliter licere: si enim, inquit, licet se occidere jubente Deo, non apparet, quare idem non liceat Judice jubente, qui potest justè occidere. Neque tunc Reus se ipsum occideret propria auctoritate, sed aliena, de qua non loquitur Responsio ad Confer. præced. data. &c. Secundo cum communiori, id non licere: Quia judex divina ordinatione institutus est Minister justitiæ, non crudelitatis: Censetur autem nefanda crudelitas occisio sui ipsius, quam proinde ab hominibus omnimodè averrere voluit Deus.

## CONFERENCE. LXVIII.

Generalissimus Exercitus Imperatoris in Hungaria existit in proximo & certo periculo, ut capiatur à Turcis, gravissimis tormen- 500.  
 tis

tis perimendus : Quæritur , an possit sine peccato mandare uni ex suis, ut ipsum globo trajiciat.

Resp. Non posse. Ratio est : quia cum non sit dominus vitæ suæ, non potest jus alteri dare ad suum. Confirm. ex facto Regis David 2. Reg. 1. qui Amalecitem morte punivit, propterea quod Saulem ( et si obnixè rogantem ) interfecit.

## CONFIDENTIA. LXIX.

501. **M**ilitēs navales cum Hæreticis vel Turcis prælio navali dimicantes, vident navim in potestatem hostium venturam, & ideo communi consensu ignem pulveri applicant, & se mari committunt, ne ipsi & navis in manus hostium deveniant : An rectè ? &. Rectissime. Ait enim Less. cap. 9. d. 6. quia hi non intendunt sui interitum, sed ne hostis navi cum publico damno potiarur, se mortis periculo expendant, cum spe evadendi. Addit Less. cit. si quis potest desilire in mare, ut salvet amicum, cur non ut evadat hostis crudelitatem, ut evadat, inquit, non ut se occidat.

## CONFIDENTIA. LXX.

502. **V**etulae se frequenter accusant in sede confessionali, quòd sibi mortem peroptarint propter miseras ac ærumnas, quas patiuntur. An debeant judicari graviter peccasse.

Resp. Non solum sanctum ac laudabile esse, mortem sibi optare ob majus bonum spirituale

tuale consequendum : malum culpæ vel pœnæ  
 æternæ evitandum : Unde illud Apóstoli :  
*Cupio dissolvi, & esse cum Christo*, verum etiã  
 per se licitum esse mortem sibi optare ad evi-  
 tandum malum pœnæ temporalis, morborum  
 infamiæ, captivitatis, &c. Per se inquam,  
 seclusa scilicet impatientia, rancore, murmu-  
 re &c. ratio est: Quia talis optat mortem, non ut  
 malum, sed ut bonum sibi, neque ut male,  
 sed ut debito modo, nim. Deo disponente, &  
 natura agente eveniat.

## CONFIDENTIA. LXXI.

503.

**I**nfirmus gravi & periculoso morbo laborans,  
 Innoxia ac verita sumit, mortemque sibi causas  
 aut saltem notabiliter accelerat: An graviter  
 peccet? R. affirmativè. Ratio est, quia quan-  
 docunque aliquod opus directè facere prohibi-  
 tum est, etiam per se illicitum erit, illud indi-  
 rectè facere, videlicet aliquid agendo vel omit-  
 tendo voluntariè, unde illud sequatur, nisi ju-  
 sta causa ita agendi vel omittendi excuset: at-  
 qui seipsum directè occidere semper illicitum  
 est; ergo per se, & nisi justa causa excuset, e-  
 tiam illicitum erit se ipsum occidere indirectè,  
 nim. aliquid agendo vel omittendo, unde mors  
 sua securura sit.

## CONFIDENTIA. LXXII.

**H**istrion in publico foro venenum sumit, à  
 vipera se morderi sinit, graviter se vulne-  
 rat, vel adurit, ad experiendam virtutem suã

504.

X 3

the-



theriacæ venalis, quod mox adhibet : an se non exponat periculo propriæ occisionis? *Ex Diana p. 5. tr. 4. resol. 38.* Talem se non exponere periculo, si habeat experientiam ex bruto taliter curato, & mox adhibeat suam theriacam.

## CONFERENTIA. LXXIII.

505. **A** Groans periculose non vult adhibere remedia ordinata à Medico, cum commodè possit, iisque neglectis mortem permittit, an peccet? *R.* Si illa remedia sint ordinaria & commodè parabilia, peccare. Ratio est: quia ægrotus est custos suæ vitæ & non dominus: Ergo tenetur eam conservare medijs ordinatis quousque potest: non item medijs extraordinarijs, insolitis, multum difficilibus, nimio cruciata, abscissionis brachij aut tibiæ, vel etiam sumptuosa ultra statum suum. *Ita Less. l. 2. cap. 9. dub. 13, num 96. Laym. & Com.*

Ratio est: quia præceptum servandi vitam est affirmativum: ideoque non pro semper obligat, & omni modo etiam perdifficili: Cum nemo teneatur admittere curationem, à qua non minus abhorret, quam ab ipso morbo.

## CONFERENTIA. LXXIV.

506. **R**eo, post sententiam latam ad mortem, patet via fugæ: An teneatur eam amplecti ad servandam suam vitam? *R.* *Cum Less. cit. dub. 6. Navar. Laym. & alijs:* Licite quidem fugere posse, ac non teneri, sed posse se conformare

mare Judicis sententiæ, utique justæ: quini-  
mo talis mortem meritus, ulro se Judici offer-  
re potest absque peccato, ut circa ipsum justitia exerceatur.

Ratio est: quia hoc non est se ipsum occi-  
dere, sed ex justa causa permittere, ut ab alijs  
occidatur, quibus licet.

### De homicidio Proximi.

#### CONFERENTIA. LXXV.

**T**yrannus injustè persequitur Innocentem  
[ut olim Constantius Athanasium] & mi-  
natur urbi excidium, nisi illum interimat,  
& caput ejus Tyranno mittat: quæritur, an  
tunc pro tuenda urbe liceat Innocentem capite  
truncare.

**RESOLUTIO** prima: Respubl. non po-  
test civem Innocentem directè occidere, ita  
*Communissima Theol.* Ratio est: Quia hoc est  
intrinsecè malum; adeoque nulla causa ne-  
cessitatis excusari potest. Deinde non oportet  
de re non sua disponere, eam destruendo abs-  
que concessione domini, cujus est: Solus au-  
tem Deus est Dominus vitæ innocentis: Ergo  
Respubl., non potest illum destruere directè  
occidendo.

**RESOLUTIO** Secunda: Potest autem  
Respubl. talem innocentem mittere ad Tyran-  
num, non intendendo quidem ejus occisionem  
directè, sed tantum suam liberationem. Ita

EX

ex Com. Lessius Laym. & alii. Ratio est : quia tunc non cooperatur directè ad ejus mortem , sed solum indirectè permittendo urgente gravissima necessitate : Nec actio illa traditionis ex se mala est , sed indifferens , esto eâ Tyrannus abuturus prævideatur.

### CONFERENTIA. LXXVI.

509. **M**ulier prægnans infirmatur ad mortem, an liceat ei præbere pharmacum , quo foetus intereat ? *R.* Primo, post animationem foetus nunquam licitum esse præbere aut sumere pharmaca , ea intentione , ut sequatur abortus? quia hoc est directè occidere innocentem, tam quoad corpus, quam quoad animam. *R.* Secundo , si certo constet foetum nondum esse animatum , & matrem nisi medicinam accipiat, infallibiliter morituram , licitum esse medicamentum sumere directè tendens ad curationem morbi, etsi timeatur abortus futurus. Ita communiter DD. Et Ratio est evidens : Quia mater habet jus adhibendi remedia necessaria, per se ordinata ad conservationem vitæ, quod non amisit per conceptionem proliæ, ante animationem ejusdem, quia nullum ibi est periculum vitæ spiritualis, & nulla insuper spes vitæ proliæ temporalis, igitur &c. quæ ratio etiam valet pro expellendo directè foetu nondum animato [ indirectè etiam animato ]  
quando

quando est spes salutis maternæ, nulla vero animationis vel parturitionis prolis: melius enim tunc est vitam matris servare, quam utramque negligere.

CONFIDENTIA. LXXVII.

**D**um Judex cœnaret cum Innocentio, cōtingit in civitate homicidium, propter quod Innocentius, sero domum rediens a Vigiliis comprehenditur. Judici sistitur, legitimis testibus reus homicidii convincitur; Quæritur itaque, an Judex possit ac debeat Innocentium condemnare, quem scientia privata novit esse innoxium, & legitima testium depositione Reum? Casus sane difficilis resolutionis, circa quem proinde

510

Certum est, Judicem debere omnem diligentiam possibilem, ac industriam extremam adhibere, ut falsitas detegatur, & innocens liberetur: Quod si autem his omnibus adhibitis Princeps adhuc urgeat, ut fiat justitia secundum allegata & probata; an tunc non præster, ut Judex suo potius officio resignet, quam ut contra conscientiam & veritatem sibi cognitam condemnet Innocentem? Et si hoc ipsum fecerit, Innocentem minimè liberabit, & sibi ipsi damno non levi citra causam erit. Cum ergo innocens Innocentius per alium Judicem, qui ipsum non scit esse innocentem, infallibiliter condemnandus sit, non obstante resignatione innocentis Judicis, sit pro favore Judicis innocentis. X 5 RE

quia  
rem,  
te gra  
ditionis  
Tyrann  
  
VI.  
  
em, an  
uo for  
ionem  
aut su  
quatur  
ocent  
mam,  
ndum  
am ac  
m esse  
ad cu  
ratur,  
pens:  
ia ne  
m vi  
rolis,  
m ibi  
supet  
æ ra  
fetu  
ito )  
ando

511.

RESOLUTIO : Judex potest condemnare, quem privatâ scientiâ novit esse innoxium, & legitima testium probatione reum. Ita D. Thom. 2. 2. q. 64. a. 6. ad tertium. *Alensis, Richard. Antonin. Major, Talent, Cajet, Bauner, Azor, Covarruv. & alij.*

Ratiô prima mihi quasi infallibilis est; quando D. Thom. & Scotus noster in idem consentiunt, ita reverâ est, ut sentiunt, sed in propoita difficili quæstione in idem consentiunt, igitur, &c. Prior. M. de D. Th. jam constat : de Scoto probatur in 4. d. 15. q. 4. n. 5. ac Cavello *ibid.* n. 26. ubi dicunt : non peccare, qui in judicio negat crimen verum (sed privatum) in publico sibi impositum. Et dant rationem, quia scilicet potestas humana non potest punire, nisi quæ probari possunt. Hoc enim idem est dicere, ac, judex fori externi seqûi debet sententiam publicam, igitur &c.

Ratiô secunda : Judex fungitur publica autoritate, & ex ea judicat juxta *l. Barbarius ff. de Offic. Prætor.* Ergo oportet eum in controversiis definiendis scientia publica uti, & fidem adhibere iis, quæ sibi ut Judici, & ut personæ publicæ nota sunt, non autem illis, quæ ut privato ei manifesta sunt : non enim pertinet hæc scientia privata ad judicem ut talem, qui ex publicis documentis judicare debet.

Ve.

Verum ad hæc & alia jura, quæ citari solent pro resolutione, facile responderi potest, ea loqui de Judice regulariter se habente, cui nimirum non constat de delicto Rei, nisi per allegatas probationes: in casu autem proposito, ipsi constat innocentia innocentii aliunde, & ex propria experientia: itaque non potest nec debet se accommodare dictis juribus contra suam privatam scientiam. Atqui hinc:

Sequitur utramque sententiam admodum probabilem esse, tum ob autoritatem DDum, tum ob rationes prægnantes, quibus utraque nititur: tu proinde sequere, quam voles.

## CONFERENTIA LXXVIII.

Solet recens occisus emittere sanguinem per vulnus ad præsentiam hujus, & non aliorum: An hoc sit sufficiens signum ad capturam; Vel etiam ad torturam, videt Less. L. 513. 2. C. 29. & com. negative. Ratio est, Quia valde incertum est, unde is ad effectus proveniat: potest enim provenire casualiter, item ex fraude diabolica innocentem condemnandum: item coram consanguineis ex sympathia naturali, aut aliis de causis occultis.

CON-

514.

## CONFIDENTIA. LXXIX.

Contingit non ratio, Reum magnâ tormentorum vi coactum falsum sibi Crimen imponere, ob quod, nisi revocaverit, est supplicio afficiendus: an peccet, teneatur ve vocare? Resp. Primo: ad vitanda tormenta levia imponere sibi falsum crimen, ob quod mors illi inferenda est, est peccatum mortale. Ita Comm. Ratio est: quia quilibet tenetur conservare suam vitam, etiam cum aliquo incommodo & dolore, maximè quando mortem non est commertus. Resp. secundo: ad vitanda gravia tormenta, quibus merito præoptari potest mors celerior, non est peccatum saltem mortale imponere sibi crimen falsum, etiam si ex eo mors imminet. Ita Less. L. 2. cap. 7. d. 7. & comm. RR. Ratio est: Quia licet homo teneatur vitam suam tueri, non tamen cum admodum magno dolore ac cruciatu ne scilicet, alius sibi eam eripiat, sicut non tenetur permittere sibi tibiam abscindendam cum tanto dolore: non enim tanto dolore digna est salus. Nec per hoc seipsum iustificare censendus est, qui iusta de causa exponit se ab alio interficiendum. R. Tertio: talem non teneri postea crimen falsum revocare, nisi speret ex retractatione ante mortem facta, se posse mortem effugere absque nova tortura. Ita qui sup. & Ratio est: quia retractando nihil omnino prodest, dum ei non credetur, nisi ve-

lit rursus tormenta subire : igitur cum non retractando nemini faciat injuriam , ad retractandum non tenetur.

## CONFERENTIA. LXXX.

Judex interrogat Reum juridicè , seu cum 515.  
semiplena probatione accusatoris & unius testis : an reus tunc teneatur fateri veritatem , quando de ejus vita agitur , vel graviori pœna temporali ?

¶ Probabile admodum esse, Reum in hoc casu non obligari, saltem sub peccato mortali, ad fatendum crimen occultum, quandiu est in spe evadendi. Ita *Ponormis. in Cap. Cum super de confessis, Sylvester. V. Confessio delicti, & alij. Constat ex L. nimis grave, ff. de testibus.* Ubi dicitur : nimis grave esse, imbecillitati humanæ, ut quis teneatur in judicio sanguinis, ad sui necem concurrere, & Judici contra se non plenè procedenti arma subministrare. Ratio fundamentalis est quia hujusmodi interrogatio est, contra naturalem inclinationem vitæ propriæ servandæ, & integritatis corporalis : Ergo non videretur consentanea naturæ humanæ. Unde Confessarius non debet cogere pœnitentem, ut veritatem fateatur, quandiu est spes evadendi.

CON



## CONFIDENTIA. LXXXI.

516. **R**eus condemnatus est secundum allegata & probata : an teneatur obtemperare sententiae, an vero possit fugere vincula & carceres perfringere ; &c.

R. *Primo* : Quando Reus est iuste condemnatus, non potest se per vim defendere contra iudicem aut ministros. Ita *D. Thom. Less. & Comm.* Pater ex illo *D. Pauli ad Rom. 16. Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, & ipse se sibi condemnationem acquirit. Quod vel maxime tunc valet, quando quis iuste condemnatus resistit potestati Iudicis.*

517. *Resp. Secundo* : Reus carceri mancipatus potest ante & post sententiam latam licite fugere, si sententia fuerit mortis vel mutilationis. Ita *cum G. Thom. Cavar. Less. &c.*

Ratio est : quia Reus non conijcitur in carcerem, ut sponte ibi maneat, sed ut ibi detineatur, dum eius causa agitur, ergo si non teneatur, potest fugam capessere.

518. *Resp. Tertio* : Reus condemnatus ad mortem potest licite vincula & carceres effringere ad evadendum. *Est Comm. DD.*

Ratio est : quia cui licitus est finis, eadem etiam licita sunt media necessaria ad illum ; ergo cui licita est fuga, licitum est etiam ad illam se expeditum reddere, eiusque impedimenta removere.

## CONFIDENTIA. LXXXII.

**N**il frequentius inter Nobiles & Equestres  
in Germania, quam ad vindicandam  
quamlibet injuriam alterum ad duellum pro-  
vocare: an liceat provocato, ad vitandam  
timiditatis notam comparere in loco & tem-  
pore assignato, Ratio dubitandi est: quia  
nisi compareat, habetur ab aliis Nobilibus  
infamis, nec in statu militiae & nobilitatis  
amplius aestimatur, nec promovetur. &c. Sic  
itaque

**RESOLUTIO** Prima: Non licet duel-  
lum ab alio oblatum acceptare ad honorem  
conservandum, aut timiditatis notam aver-  
tendam. Ita *Comm. apud Laym. p. 3. cap. 3.*  
patet ex sententijs novissimè damnatis ab  
Alex. VII. 1665. inter quas secunda est:  
*Vir Equestris ad duellum provocatus potest illud  
acceptare, ne timiditatis notam apud alios in-  
currat.* E ratio est evidens: quia id præ-  
eisè liceret ob defensionem honoris, & vi-  
tandam infamiam, atqui revera sicut nullum  
est dedecus, nulla infamia sed merus &  
solidus honor; ita nemo prudentum atque  
proborum vitio vel infamiae vertere jure po-  
test, quod quis legem Dei & Naturæ ob-  
servet, & sui ipsius, vel proximi occi-  
dendi periculum (absque justa necessitatis  
causa) non adeat, cum possit hæc omnia  
evitare dicendo v.g. *Ubicunque me aggressus  
fueris*

fuers, ecce gladium meum, vel sic: Ego tua ista in dictione opus non habeo, ad me, meumque honorem tuendum, quocumque loco, et tempore paratus hoc gladio defendere, &c. Quod si deinde fiat aggressio, locus erit justæ defensionis. Unde

520.

Ad rationem dubitandi Resp. quod si respuat provocatus duellum, v.g. miles in exercitu, vel Nobilis in aula Principis, debet cedere armis, officio, dignitate, aut excidendi Ducis vel Principis favore & gratia obignavis suspicionem: adeo ut tunc sub titulo honoris ipsius vitæ vel familiæ conservatio periclitetur, omnino fatentur *Naras, Laym, & alii communiter*, licere tunc duellum acceptare, meræ defensionis gratia provocantis sistere: quia tunc esset mera defensio contra injustum aggressorem, qui sua provocations de facto aggreditur honorem provocati, officium, dignitatem, adeoque conservacionem vitæ & familiæ suæ, ut illam ipsi violenter eripiat. Hæc ex *Patrit. nostro 11, s. 10 s. præc. Decalogi c. 2. n. 204.*

## CONFERENTIA. LXXXIII.

521.

**T**yrannus nimium gravat subditos, non ad Reipubl. sed suum proprium commodum: An cuilibet privato liceat talem occidere.

R. Ty

&. Tyrannum secundum substantiam posse à quolibet ex Republ. licitè occidi, nisi exinde majora mala timeantur. Ratio est, quia talis non est verus Dominus republ. ejusque dominium injustè occupat, adeoque est publicus hostis, in publicos autem hostes omnis homo miles est: Igitur &c. Deinde si licet private iniquum sui invasorem & occidere pro sui defensione, à fortiori licebit eidem interficere injustum invasorem totius republ. cujusmodi est Tyrannus secundum substantiam. Porro qui Tyrannus tantum est secundum modum, sive qui Dominus verus est ac Princeps, nimium tamen gravat ac opprimit subditos, talem occidere prohibet Conc. Constantiens. Sess. 15. Et ratio est, quia subdito non licet occidere Superiorem, donec tota communitas simul conveniat, & judicet excessus ejus esse tales, ob quos merito debeat deponi, & ut hostis patriæ declarari? ut tandem in ipsius personam liceat quidquam attentare: quia tunc desinit esse Princeps.

## CONFIDENTIA. LXXXIV.

Pater injustè aggreditur filium, Clericus laicum, maritus uxorem, Dominus servum, Princeps subditum, Dux militem, Prelatus Monachum: Quæritur proinde, an hic liceat vim vi repellere, & aggredientem occidere.

&. Affirmativè, si adhibeatur moderamen inculpatæ tutelæ. X Ra-

Ratio est, quia ius naturale præponderat omnibus alijs iuribus, divinis scriptis & humanis: sive deinde id fiat in loco sacro aut profano, quolibet tempore, etiam contra furiosum, ebrium, vel amentem.

Dictum est: si adhibeatur moderamen inculpatæ tutelæ, quod tunc servatur, quando ea curio adhibetur, sine qua non potest injuria repelli, atque hinc qui majorem vim adhibet, quam opus sit ad injuriam propulsandam, v.g. qui desistentem vel fugientem lædit vel occidit, quem percutiendo vincere potest, peccat quia non utitur jure iustæ defensionis ad injuriam propulsandam, sed ad vindictam sumendam.

CONFERENTIA, LXXXV.

523.

Quidam vult viro nobili, aut militari officiali &c. alapam vel vulnus infligere, an liceat defendendum honorem militantis occidere, Resp. affirmativè. Ratio est: Quia hujusmodi personæ honorem merito plus æstiment, quam magnam pecuniarum copiam: sed possunt occidere invaluorem, ne patiantur damnum in pecunia secundum com. DD. sententiam: ergo à fortiori possunt occidere, qui ipse intentat inferre ignominiam, dummodo seruetur moderamen inculpatæ tutelæ.

524.

CONFERENTIA, LXXXVI.  
SI Occisor puniatur pœna talionis, sive mor-

mortis, an teneatur ulterius ad sequentia damna temporalia resarcienda.

¶. Probabilius negativè. Ratio est: tum quod vita, quæ aufertur, omni alio damno longè pretiosior sit, tum quia obligatio, si qua est in occisore, est personalis: atque adeo persona è mediò sublata tollitur etiam ejus obligatio.

### CONFERENTIA. LXXXVII. 255

**O**ccisus morti proximus remittit & condonat omne debitum ac satisfactionem pro damno sibi illato ab Occisore: an tunc is liber maneat ab omni obligatione restitutionis, quam urgere alias possent hæredes necessarii, ut filij, parentes & uxor.

¶. Cum Tanner hic q. 6. num. 116. Fabro & alijs. Homicidam non liberari ab omni obligatione restitutionis hæredibus. Ratio est, quia pater v. g. læsus non potest remittere damna filiorum vel uxoris, sicuti nequit remittere injuriam Reipubl. & legis violatæ, quin juste adhuc secundum leges puniatur. Deinde ipse pater tenebatur sustentare filios, aut parentes egentes, ita ut ab hoc jurè seipsum liberare non potuerit: Ergo non potuit hoc jus occisori condonare

De Homicidiis Casualibus.

### CONFERENTIA LXXXVIII.

**M**urarius proiciens lapides ex domo, regulas ex tecto, occidit hominem prætereun-

rem, nil minus cogitans, quam committere homicidium. Quæritur ergo, an sit homicidius reus, & teneatur ad restitutionem.

Resp. Siquidem Murarius periculum prævidit, vel suspicatus est, & moralem cautelam non adhibuit, ne mors alicujus sequeretur, v. g. clamando, ut prætereuntes sibi caveant: Vel aliud signum ponendo, ex quo perambulantes cognoscant periculum sibi imminere, peccant peccato homicidij indirectè voluntarij cum onere restitutionis, ac contrahere irregularitatem; Ita omnes. Ratio est: Quia opus illud alioquin licitum, jam per accidens fit illicitum in materia homicidij, cujus periculum prævidit, & non præcavit.

527. Quod si autem moralem diligentiam adhibuerit ad præcavendam mortem, clamando, &c. & audiens nihilominus transit & lapide projecto enecatur, nec peccat, nec fit irregularis. Ratio iterum est: quia ubi nulla culpa nulla debet esse pœna. Ex Com. Lessius lib. 2.

528. cap. 9. dub. 15. n. 103. Si denique nullatenus prævidit, aliquod periculum subesse, nec suspicatus est, & ideo nullam etiam diligentiam adhibuit, nullum etiam peccatum committit, propter inculpabilem inadvertentiam, sed erit homicidium merè casuale.

529. CONFERENTIA. LXXXIX.

Iudex Reum torquendo excedit modum torturæ, & præter intentionem directam occidit.

dendi, reum occidet: Ludimagister causa disciplinae percutit puerum in capite, ut moriatur: an & hi sunt rei homicidij, restitutionis, ac incurrant irregularitatem?

De utroque affirmativè: Quia prior agit contra legem & quæstionis modum ff. de quest. reor. alter autem adhibet correctionem immoderatam adeoque ambo committunt culpam latam.

CONFERENTIA XC.

Aliquis noctu explodit bombardam in viam publicam, per quam homines solent transire: alius incautè tractat sclopetum oneratum & adductum scienter inter homines: an homicidia inde secuta sint peccaminosa & obligantis ad restitutionem. 530.

Affirmativè, si periculum, quod præcavere debebant, non satis præcaverunt. Ratio est: quia tunc homicidium inde secutum est indirectè voluntarium in omissione cautionis adhibendæ, nisi inadvertentia excuset.

CONFERENTIA XCI.

Utr equum furtivum noctu abducens Coniungentia & cautela adhibita conculcat parvulum, aut ebrium in via jacentem, an committat homicidium obnoxium restitutioni & incurrat irregularitatem; Ratio dubitandi est: quia D. Th. Cajet. & multi Canonistæ apud Laym, lib. 3. de just. tr. 3. p. 3. c. 10. n. 1. docent, omne homicidium casuale, quantumvis involuntarium, obligat ad restitutionem. 531.

nmitter  
omicid  
um pra  
aurelam  
erur v.g  
ant: Ve  
ulante  
peccan  
cum o  
ularita  
us illud  
licitum  
prævi  
na lhi  
ando,  
lapide  
irregu  
culpa  
s lib. 2.  
arenu  
ec su  
ntiam  
nilit  
ed erit  
IX.  
n tot  
occi  
den-





luntarium, opere illicito inducere irregularitatem,

&. Furem non committere homicidium voluntarium, sed merè casuale; adeoque non obligari ad aliquam restitutionem ratione homicidij, sed neque incurrere irregularitatem. *Communis.* Ratio est: quia licet exerceat, actionem illicitam (abducendo equum furtivum illi tamen per se non est annexum periculum homicidij, & si esset, illud diligenter præcavendo ergo homicidium inde secutum fuit ipsi omnino involuntarium & inculpabile, ac consequenter non obligatur ad ullam restitutionem nec incurrit irregularitatem, cum tanta periculo non incurratur absq. ulla culpa. Unde ad rationem dubitandi &. Irregularitatem non incurrit nisi in casibus jure expressis: est enim res odiosa atque in jure non exprimitur casus furis præcaventionem parvulum vel ebrium conculcatorum, sed solum ille, quo actio aliqua illicita prohibita est in jure, hoc ipso, quod sit periculosa ad homicidium causandum: exprimitur autem in jure casus Chirurghi per sectionem vel adustionem, de quo fit specialis

CONFERENTIA. XCII.

532. **C** Ap. sententiam. Ne Clerici, vel Monachi propter indecentiam status, & periculum mortis inferendæ prohibetur; nec ullam Chirurgie artem Subdiaconus, Diaconus vel Sacerdos exerceat, quæ usionem, vel incisionem inducit. Quo

ritur e. go, an Clericus, vel Monachus in sacris constitutus, exercens chirurgiam per sectionem vel usionem [ etiam omni adhibita diligentia, ne mors sequatur, si ea nihilominus sequatur merè casualiter ] fiat irregularis.

*R. Ex Patrit. cum comm. DD. Affirmative.*  
Ratio est: quia licet hoc non sit verè homicidium contra quantum præceptum, censetur tamen homicidium ex interpretatione juris, ob reverentiam divinorum ad irregularitatem ex homicidio incurrendam sufficiens, propterea quod commissam, sic contra expressam prohibitionem juris.

### CONFERENCE. XCIII.

Quidam Sacerdos, in gravemente per urbem peste, plurimorum apostemata incidit, ex arte, curavitque ea felicitate, ut multis centenis hominibus vitæ & sanitati restituitis, duo tantum obierint: an & hic irregularitatem incurrerit. 533.

*R. Cum Molin. tom. 4. tr. 2. disp. 57. n. 3.*  
non incurrere. Ratio est casus urgentis necessitatis, quando scilicet, absente laico perito jus naturale, & lex charitatis exigebat mederi Clericum in sacris constitutum: nec enim lex positiva Ecclesiæ debet præjudicare juri naturali, & legi charitatis.

### CONFERENCE. XCIV.

Infirmarius bona fide præbet infirmo postulat. 514

Y 4

Ian.

lanti aliquid cibi, vel potus, in consulto Medico: Eum verit de latere in latus, ut commodius dormiat: erigat vel subleuat, ut cibum capiat: de lecto in lectum transfert &c. Si præter eius intentionem acceleretur mors infirmi, an fiat irregularis?

¶. Negative. Ratio est: quia bona fides & solita charitatis obsequia non debent tam rigorosa pœna puniri.

## CONFIDENTIA. XCV.

535. **U**Nus involuntariè & culpabiliter, utpote ne sciens virtutem vini, se nebravit: alter voluntariè quidem, nil tamen suspicans de homicidij periculo, quia expertus se non esse inclinatum ad rixas, ambo tamen præter intentionem commiserunt homicidium: an sint irregulares.

¶. Neutrum esse irregularem. Ratio est: quia primi ne quidem ebrietas voluntaria fuit, minus homicidium: alterius autem licet ebrietas voluntaria & culpabilis fuerit, non tamen ipsum homicidium, quod nec prævidit, nec prævidere potuit dum sciret se non esse inclinatum ad rixas, minus ad homicidium.

## CONFIDENTIA. XCVI.

536. Adulter in talibus circumstantijs commisit adulterium cum adultera in quibus prævidit, vel certe prudenter prævidere potuit, ac timere relictum, ne adultera à marito, vel etiam Jure publico occidatur: an ille fiat homicidii reus.

reus, & incurrat irregularitatem, si ea postea à marito superveniente occidatur, vel justitiæ publicæ occidenda tradatur.

¶. Eum fore homicidij reum, & irregularitatem incursum morte secuta. Ratio est: quia est causa moralis occisionis mulieris adulteræ, non quidem ratione adulterij præcise, quod ex se non est causa proxima mortis, nec communiter efficax ad mortem inferendam, sed ratione prædicti periculi prævisi, in quod in his circumstantiis adulteram coniecit, etiamsi volentem, quia neque adulter, neque ipsa adultera sunt domini vitæ ejus. Idem incurreret adulter, si coram marito jactabunde diceret se ipsi conua posuisse, securâ postmodum morte uxoris, ob eandem rationem.

### CONFERENTIA. XCVII.

Clericus incipit rixari verbis cum laico: 537.  
 qui exandescens distincto gladio eum ag-  
 greditur: an si clericus tunc se defendat, occi-  
 datque laicum, fiat irregularis.

¶. Si Clericus se defendat cum modera-  
 mine inculpæ tutelæ occidendo laicum ag-  
 gressorem, non fore homicidij reum, nec irre-  
 gularitatem incurere. Ratio est: Quia licet  
 clericus auctor fuerit rixæ verbalis, adeoque  
 peccaverit contra charitatem: tamen, postea-  
 quam eum laicus gladio invasit, ille potuit  
 se defendere cum moderamine inculpæ tute-  
 læ

læ, etiam occidendo tanquam invasorem iniquum cum dicto moderamine, secundum omnes non peccat peccato homicidij, neque incurrit irregularitatem: igitur, &c. Contra vero, si laicus occideret Clericum, esse sine dubio homicidij reus, & irregularis quia fuit aggressor vitæ alterius, non defensionis suæ.

## CONFIDENTIA. XCVIII.

538. **R**ixans cum alio, absque intentione prævisio periculo occidendi, injustè tamen alteri vulnus leve impexit, ex quo tamen obiit: an rixans sit homicidij reus & irregularis.

& Cum distinctione: si vulneratus ob defectum curationis obeat, vulnerans erit reus culpæ & peenæ homicidij, atque irregularis, secundum comm. DD. Ratio est: quia in hoc casu solum vulnus inflictum, quantumvis leve, est causa physica mortis; ideoque homicidium saltem indirectè in sua causa voluntarium, aut certe pro tali reputatur. Eadem est ratio, si occasione talis vulneris non lethalis aliqua inflammatio accedens, mortem inferat, quia tunc causa causæ censetur causam causa. Arg. c. Presbiter, &c. ad audientiam. Quod si autem vulneratus non lethaliter jam semel convaluit, & postea in morbum incidens moriatur, censetur non ex vulnere mortuus, atque ita vulnerans liber erit ab

homicidij obligationibus. (Ex utroque jure  
*L. qui occidit. ff. ad legem Aquilianam c. 2. de ho-*  
*mucid. Plures.* Idem dicendum de eo, qui  
 ratione vulneris accepti, sed propter negligenti-  
 am & imperitiam chirurgi mortuus est, quia  
 in hoc casu non vulnus nec consequenter  
 vulnerans homicidij causa est, sed chirur-  
 gus.

*Sed Dices : si vulnerans non vulnerasset, 539*  
 mors vulnerati non accidisset : ergo non neg-  
 ligentia chirurgi, sed ipsa vulneratio mortis  
 causa fuit. *R. Ex Patriic. nostro hic n. 297.*  
 consequentiam esse veram, si vulnus tale fue-  
 rit, ut valde diligenti curatione indiguerit ;  
 non item, si modica adhibita curatione sanari  
 potuerit. Elige, quod placet

C O N F E R E N T I A. XCIX.

**T**U Domine Religiose, in venatione in- 540.  
 tendis occidere feram, & adhibita cautela  
 occidis hominem quem invincibiliter crea-  
 debas esse feram, quæris proinde, an sis irre-  
 gularis ?

*R.* Te non esse homicidam formalem, nec  
 consequenter restitutioni vel irregularitati ob-  
 noxium, sed neque Excommunicationi, si  
 forte Clericum occideris. Ita omnes : &  
 Ratio est : quia hoc est homicidium simpliciter  
 involuntarium, adeoque non peccaminosum,  
 Secus

Secus si velis occidere hoc animal, dubitans an sit fera vel homo, clericus vel laicus, si occidas hominem, certè homicida eris restitutionis, & irregularitatis reus; & Excommunicationis, si fuerit Clericus. Quia tunc non animo tantum: sed ipso opere externo formaliter injusto, causa homicidij fuisti.

## CONFERENCE A. C.

**V**oluisti occidere Narcissum inimicum tuum capitalem, & casu intervenientem Hyacinthum stuo globi trajecisti: quaeris, an sis reus homicidij, & irregularis.

541. Resp. *Cum commun. DD. apud Patrit. cit. n. 204.* te non commisisse homicidium formale, sed merè casuale, nec restitutionis reum existere nec irregularem esse. Ratio est, quia licet peccaveris principali tua intentione occidendi Narcissum, aliud tamen homicidium Hyacinthi secutum, fuit tibi simpliciter involuntarium, ideoque sicut a culpa, ita & à pœna est totus liber.

## CONFERENCE A. CI.

**V**is occidere Clericum, occidis autem laicum putatum Clericum, an incurras Excommunicationem latam *c. si quis suadente diabolo.*

542.

&. Negative. Ratio est: quia Excommunicationis lata est non contra volentem, sed contra exequentem ipso facto percussorem vel occisionem Clerici.

CON.

## CONFERENCE A. CII.

**S**ed quid si re verâ percutias vel occidas Clericum, invincibiliter putans esse laicum? 543.  
 Resp. Etiam tunc te liberum esse ab eadem Excommunicatione. Ratio est: quia etsi tibi tunc percussio, vel occisio Clerici, utpote incogniti, simpliciter involuntaria est.

## CONFERENCE A. CIII.

**A**n similiter liberandus est à dicta Excom. 544.  
 municatione volens percutere vel occidere hunc Clericum, si per errorem percutiat alium Clericum, quam non intendit.

*q. Cum Sanchez, lib. 9. de Matr. disp. 32. n. 39.*  
 negative:

Ratio est: quia prohibitio, & censura illa Canonis principaliter facta est, non in favorem ipsius personæ secundum se, sicut irregularitas ex homicidio (nota differentiam) sed potius in favorem & reverentiam status Clericalis, non, ut dixi, hujus vel illius personæ: Ecclesia enim per se primò intendit per censuram prohibere, ne percutiatur, vel occidatur Clericus, quicumque ille fit: atqui in casu proposito, tum actu interno, tum externo, injurioso statui clericali revera percutis vel occidis Clericum, etsi erres in personâ & actio tua huic personæ clerici incognitæ voluntaria & injuriosa non fit. Ita de verbo ad verbum *Patrit. n. 209.*

De



De Restitutione Bonorum  
Famæ & Honoris.  
CONFERENTIA. CIV.

545. **A**liquis non intendit famam proximi lædere, sed ex mera loquacitate narrat ejus peccata et defectus, ex quo ejus fama graviter læditur: an peccet mortaliter.

ꝛ. Affirmative. Ratio est: quia licet talis non intendat directe famam alterius lædere, intendit tamen indirectè, hoc ipso, quod libere velit id, ex quo sequitur.

546. CONFERENTIA. CV.

**A**lius crimen alterius occultum manifestat consilii capiendi causa, ut scil. sibi vel alteri consulat, aut levamen aliquod vel solarium accipiat ab amico, cui refert, afflictionem suam injustam: an is etiam peccet mortaliter?

Resp. si absit omne odium ac pravus affectus, non esse peccatum, saltem mortale. Ratio est: quia talis videtur uti jure suo, cum nemo obligetur cum tanto gravamine occultare defectus proximi sui. Nimis durum enim esset, acceptas ab alio injurias, absque ulla querimonia intus concoquere. Cæterum cavere is debet, ne pluribus referat, quam opus sit.

fit ad consilium vel consolationem capiendam.

## CONFERENTIA. CVI.

Tertius revelat peccatum grave proximi viro prudenti ac bono, de quo habetur moralis certitudo, quod nemini alteri revelabit huiusmodi defectum; an is peccet mortaliter?

R. Cajet, 2. c. q. 73. a 1. dub. 1. cum aliis aliquot, negative? quia censent hanc esse levem detractionem & damnum inde exurgens exiguum. Verum probabilius affirmat Less. lib. 2. c. 11. dub. 11. & DD. comm. Ratio est: quia possidere bonam existimationem in animo Viri probi ac prudentis, est saepe majus bonum, quam possidere eam apud decem malos: ergo gravem injuriam ei intert, qui illum apud talem virum denigrat.

## CONFERENTIA. CVII.

Quartus refert se audivisse hunc vel illum commisisse aliquid quod adhuc occultum est, absque asseveratione ita esse: quomodo is peccat?

Resp. Si talis id faciat intendendo laesionem famae proximi, mortaliter peccare in materia

548.

teria gravi contra charitatem, non tamen contra iustitiam Ratio *primæ partis, est.*, quia tenemur nolle malum proximo ex præcepto charitatis, & *secundo*; quia actus ille de se non est ablativus famæ proximi, cum incerta narratio non habeat vim faciendi fidem; ergo quod alii credant, oritur ex eorum malitia & levitate: consequenter narrans non peccat contra iustitiam.

## CONFIDENTIA. CVIII.

549. Quintus narrat bona fide crimen alterius, quod credit esse publicum & vetum, cum revera sit occultum, vel etiam falsum: an teneatur ad restitutionem, quando cognoscit se errasse? Resp. teneri, non quidem ratione iniustæ damnificationis, sed ratione rei, id est, famæ ablatæ. Ratio desumitur ex supradictis, de possessore bonæ fidei.

## CONFIDENTIA. CIX.

550. Septimo commissum est secretum [ expressa vel tacita conventionione tacendi ] quomodo peccet, si commissum sibi secretum reveler?  
R. *Cum Comm.* peccare ex genere suo mortaliter, pro ratione materiæ aut damni inde secuti, contra fidelitatem & iustitiam.

Ratio est: quia obligatio iustitiæ ex genere suo est sub mortali: sed qui secretum expressa vel tacita conventionione reticendum in se suscepit

teneatur ex iustitia servare fidem : Igitur revelans peccat contra , iustitiam ex genere suo mortaliter , nisi imperfectio actus vel levitas materiae excuset.

## CONFERENCE. CX.

SEPTIMUS tibi revelavit occultè voluntatem prodendi civitatem , vel hunc hominem occidendi : quæris , an debeas servare secretum. 551.

Resp. *Cum Comm. S. Th. 2. 2. q. 70. a 1. Mol. Laym. & alijs.* Si aliter revocare non possis , debes manifestare ijs quorum interest. Ratio est : quia ex lege & ordine charitatis quilibet obligatur liberare Innocentem ab injuria Nocentis etsi cum aliquo Nocentis damno fieri debeat. CONFERENCE. CXI.

OCTAVUS revelavit tibi occultum impedimentum Matrimonij contrahendi , à quo revocari non potest nisi canonicè denuntietur : an possis illud aperire Parocho. 552.

Resp. *cum Comm. Navar. Sanch. Molin. Laym. &c.* Te licite posse denuntiare , ob Sacramenti reverentiam , & ad peccatum vitandum. Ratio est : quia ista revelatio cedit in bonum ipsius , qui tibi revelavit : ergo non potest rationabiliter esse invitus.

## CONFERENCE. CXII.

NONUS tibi revelabit homicidium à se commissum , & tu postea de eodem homicidio suspectus factus es , ut de vita pericliteris , nisi reveles : an revelare liceat. 553.

Z

Resp.

Resp. ex *Comm. Molin. Less. Layman.* licere. Ratio est : Quia sicut aliorum debitorum, ita & secreti naturalis obligatio cessat, quando sine maximo detrimento propriæ vitæ vel etiam famæ, seruari non potest : Nemo enim promittendo secretum censendus est, id etiam ad talem casum extendere voluisse.

## CONFIDENTIA. CXIII

**S**ed quid, si aliquis expresse promississet se seruaturum secretum, etiam cum discrimine propriæ vitæ.

554. R. det *Molin. 17. 4. disp. 37.* talem obligari, cum promissio objectum honestum habeat. Sed probabilius cum alijs negat *Laym. lib. 3. tit. 3. cap. 5. n. 4.* quia secretum committens, obstando ordine charitatis non potest alterum obligare cum tanto onere.

## CONFIDENTIA. CXIV.

555. **D**ecimus scit, aliquem pro fera ex ignorantia hominem occidisse : rem alienam in gravissima necessitate abstulisse, vel ad justam compensationem : an citatus à Judice teneatur de eo restari.

Resp. cum *Laym. cit. & alijs*, non teneri. Ratio est, quia Judicis interrogatio procedit ex præsumptione culpæ commissæ, seu de facto criminoso, quale factum non est : ergo interrogatus etiam sub juramento, recte negat, quia revera factum non fuit criminosum.

CON

## CONFERENCENTIA. CXV.

**V**ndecimus propalat crimen grave occul- 556  
tum defuncti : an id etiam sit peccatum  
mortale contra justiciam, cum onere restitutio-  
nis ?

*R. Cum Com.* Affirmativè: Ratio est : Quia  
defunctus corpore, fama manet quodammodo  
viva in hominum memoria & existimatione  
adeoque possessionem bonæ famæ suæ retinet ;  
ergo si illum ea injustè spolies, damnum infer-  
re censebis, adeoque obligaberis compensare.

## CONFERENCENTIA. CXVI.

**D**uodecimus narrat Coloniae, Agatham 557  
publica pœnitentia virgis cæsam Augustæ:  
an licite ? Ratio dubitandi est, quia licet id  
publicum sit Augustæ, ignoratur tamen Coloniae

*R. Licité.* Ratio est : quia Agatha infama-  
ta fuit Augustæ in pœnam delicti justa Judicis  
sententia ut supponitur : Ergo amisit jus suæ  
famæ, non solum in loco, quo sententia con-  
tra ipsam lata est, sed & in quovis alio ? Cum  
potestas publica jus habuerit privandi eam sua  
fama pro omni loco, non minus quam omnibus,  
vel ipsamet vita. Ad hunc enim finem judicia  
communiter talibus diebus publicantur, qui-  
bus non solum domestici & cives, sed etiam  
extranei convenire soleant, ut judicatus ubique  
pro infami habeatur. Unde hujusmodi senten-  
tiæ & personæ passim in novalibus per omnia  
loca perscribuntur, nec ob id culpantur Au-  
thores.

## CONFERENTIA. CXVII.

558. **D**ecimus quartus querit, an ipsi etiam liceat divulgare crimen publicum publicitate facti perpetrati in tali loco, & tali tempore, quod tam multis patere potuit, ut nulla tergiversatione celari possit? affirmat noster Reverendissimus P. Heriux 3. part. 7. q. 5. dicens: esse receptam DD. sententiam. Contra est Scotus, Molin. & Laym. alij distinguunt de locis vicinis illi loco, in quo quis diffamatus est, ad quæ quotidiana habentur commercia, & de longe distantibus, nobis pro utrisque sit.

Ratio affirmativa: Ratio est: quia per evidentiam facti censetur quis amisisse jus ad famam suam, utpote fundatum in occultatione jam cessante, quinimo sponte videtur cessasse suo juri hoc ipso, quod non est veritus in publico crimen admittere, cui proinde per accidens est, quod multi abfuerint: Igitur &c.

## CONFERENTIA. CXVIII.

559. **D**ecimus quintus etiam querit, an is, qui olim fuit infamis, & postea bene vivendo famam bonam recuperavit, possit absque culpa diffamari de crimine antiquo.

Resp. Cum Molin. D. 33. n. 2. Navarr. Laym. & aliis: hujusmodi detractorem peccare contra justitiam, & obligari ad restitutionem. Ratio est: quia amissio famæ est damnum reparabile per poenitentiam publicam, vitam honestam &c. Ergo qui infamiam publicam, saltem facti

facti, tenet obliteravit, reacquirat pristinum  
jus ad suam antiquam famam, consequenter,  
qui cum de novo infamat, injuriam ipsi infert:  
adeoque tenetur ad restitutionem.

CONFERENTIA CXIX.

Conventualis certi Monasterij N. habet cor-  
respondentiam cum alio Monasterio, cui 560.  
transcribit per modum novellarum crimen no-  
tum in suo Monasterio, non autem extra: an  
Tabellarius peccat peccato infamationis.

Resp. Utique peccare: Ratio est, quia cri-  
men illud non est notum absolute, sed cum li-  
mitatione intra certam communitatem (in  
proposito Monasterium) igitur non potest citra  
injuriam divulgari in alio loco, in quo de eo  
nihil scitur, quia non est absolute, sed solum  
respectivè, id est, pro hoc loco, notorium,  
quod noverent isti referendarii minus discreti.

CONFERENTIA CXX.

Decimus quintus disseminavit crimen falsum  
proximi inter multos, quaeritur an tenea-  
tur coram illis dicere, se falsum dixisse, si alia 561.  
commodiori via famam restituere nequeat.

Resp. Cum D. Th. 2. 2. q. 72. a 2. Scot. 4.  
D. 15. q. 4. n. 2. adeoque certa, affirmative:  
Ratio est: quia ad restituendum famam per fal-  
sam affirmationem ablatam requiritur, ut tol-  
latur falsa illa affirmatio: sed hæc non tollitur  
melius, quam per negationem contrariam: er-  
go si alia commodior via non substituit, hæc ad-



hibenda est. Excipitur tamen, si sit magna inæqualitas inter infamatorem & infamatum, ut si ille esset Rex, Princeps &c. & hic homo plebejus: tunc enim sufficeret infamatori dicere se fuisse deceptum: aut via pecuniaria infamato satisfacere.

562

## CONFIDENTIA. CXXI.

**D**ecimus sextus quærit; an principalis diffamator teneatur etiam retractare apud alios, ad quos devenit detractio ex auditione primorum audientium.

Resp. Non teneri, si suo consilio aut iussu eos ad hoc faciendum non induxerit. Ratio est: quia posterior diffamatio tunc censetur fortuito, & ex malitia audientium contigisse.

563

## CONFIDENTIA. CXXII.

**D**ecimus septimus quærit, an detractor, qui alteri vera imposuit, sed occulta, teneatur dicere, se esse mentitum, si aliter restituere nequeat.

Resp. Possè quidem, sed non teneri. Ratio est: quia nemo tenetur dicere, se mentitum, qui mentitus non est: interim autem, quia dictum non fuit conforme legi divinæ, utpote peccaminosum; & in sacris scripturis peccatum est mendacium, hoc ipsum dictum, mendacium dici potest, ut sensus sit: ego dixi mendacium: id est: ego hoc dicendo, peccatum feci. Deinde quod verum non est veritate publica, sed occulta tantum, mendacium dici potest in publico.

CON.

## CONFERENCE A. CXXIII.

**R**eus crimen sibi in iudicio obiectum negat  
re ipsa verum; a quo ita dat causam infamiae  
accusatoris; teneturne is famam sic ablatam  
restituere accusatori, fatendo veritatem.

564.

Resp. Cum distinctione: si reus non iuridice interrogatus, ita neget crimen obiectum, ad nihil tenetur accusatori.

Ratio est: quia Reus non iuridice interrogatus, non tenetur confiteri crimen occultum: & obiciens sibi ipsi imputare debet infamiam inde secutam, quia obiecit crimen  
alteri, quod sufficienter probare non potest.

565.

## CONFERENCE A. CXXIV.

**C**uriosus audiens detrahentem, ipsi consentit, excitat & instigat ad prosequendam detractionem: an sit etiam censendus detractor?

Resp. Cum less. lib. 2. c. 11. d. 4. & aliis comm.  
Talem non minus peccare contra iustitiam, quam ipse detractor. Ratio est: quia audiens animando, interrogando & invitando detrahentem est causa efficax detractionis iniustae: ergo peccat peccato iniustitiae in eum, cui detrahitur, & amplius contra charitatem peccato scandali, dum alterum inducit ad detrahendum.

## CONFIDENTIA. CXXV.

566. **I**dem Curiosulus audiendo detractorem laetatur quidem, at non inducit, neque excitat ad continuationem: an peccet contra iustitiam:

Resp. Peccate quidem contra charitatem, at non contra iustitiam, adeoque non obligari ad restitutionem. Ita *L. ff. cit. & Henric.* Ratio autem est: quia gaudere de gravi damno proximi est contra charitatem peccare: qui autem non est causa damni, non potest dici peccare contra iustitiam, consequenter non tenetur ad restitutionem.

## CONFIDENTIA. CXXVI.

567. **A**lius delectatur tantum in modo detrahendi, utpote in eloquentia, artificio & dexteritate detractoris, non autem ipsa detractione, an is quoque peccat.

Resp. Talem nullo modo peccare, dummodo detractorem non prober aut promoveat. Ratio est, quia ut delectatio sive complacentia super aliqua re sit mala & peccaminosa, debet id, super quod cadit ut motivum, esse peccaminosum: sed hic cadit complacentia super eloquentiam & modum detrahendi: non vero super ipsam detractionem: igitur &c.

## CONFIDENTIA. CXXVII.

568. **R**ursus alius audit detrahentem in materia gravi, & non impedit, cum facile & commode possit, an peccet mortaliter. Resp.

Resp. Peccare mortaliter contra charitatem. Ratio est : quia præceptum charitatis erga proximum obligat ad impediendum grave damnum illius, quando commode impedire potest : sed in proposito supponitur commode impediri posse : igitur &c.

Dixi : Quando commode impedire potest : Si enim ex magna verecundia aut pusillanimitate non audeat resistere, non peccat mortaliter, quia nemo tenetur cum magna sua difficultate damnum proximi impedire, ut si timeat contumelias aut verbera; aut si ipsi non constet an res narrata sit publica vel occulta : an justè vel injustè narretur, cum in dubio non debeat præsumi loquentis iniquitas : excusatur etiam ab admonitione, qui probabiliter putat, eam nil profuturam : item famulus vel ancilla respectu Domini vel Dominae, quibus sufficit ostendere faciem tristem, juxta illud Proverb. 25. *Ventus Aquilo dissipat pluvias, facies tristis linguam detrahentem.*

#### CONFIDENTIA, CXXVIII:

Infamans libenter restitueret famam ablatam proximo per revocationem verborum, ac inde prævidet vitæ periculum, vel notabiliter majoris infamiae : an teneatur eam restituere : 569.

Resp. Cum Less. c. 11. de 15. & aliis, non teneri. Ratio est : quia res inferioris ordinis

nunquam sunt restituendæ ex iustitia, cum  
jactura rei ordinis super oris : sed vita est bo-  
num præstantioris ordinis, quam fama : igitur  
non [sic] tenetur infamans famam restituere  
proximo cum periculo vitæ, vel etiam majoris  
infamiæ, quia tunc censetur esse moralis  
impossibilis.

C O N F E R E N T I A . C X X I X .

570: **S**ed quid, si infamans proximum, ab eo  
reinfametur, an tunc non possit uti com-  
pensatione. Resp. Posse : quia si licitum est  
debitum debito compensare in rebus tempora-  
libus, cur non etiam in restitutione famæ : ac  
infamans in proposito debet infamato restitue-  
re famam : & infamatus idem tenetur infama-  
tori : ergo potest fieri compensatio : ac inde

*Inferes* : Ergo infamato licebit inferre in-  
famiam ad compensationem. Resp. neg. le-  
quelam : Quia compensationem in restitu-  
tione famæ auferendæ sequitur & concomita-  
tur vindicta, non autem compensationem fa-  
mæ ablatae : vindicta autem auctoritati pri-  
vatae non licet.

Pro Complemento hujus materiæ.

571: **A**dmonitos volo Confessarios, ne infama-  
tum vel dehonoratam cogant ad remitten-  
dam injuriam quo minus petat satisfactionem :  
qui enim injuriatus fuit, non obligatur ad plus  
inconscientia, quam ut nolit se vindicare pri-  
vata

vata sua auctoritate, non autem ad remittendam honoris aut famæ satisfactionem : quapropter potest eam licitè petere per publicam potestatem. Atque hæc de restitutione in genere & specie dicta sunt ad Laudem & Gloriam Dei.

INDEX

Matarum in his conferentiis contentarum Littera n. significat Numerum marginalem.

TITULUS. I.

*De Sacramentis in genere.*

Explicatur Definitio Vulgaris Sacramenti propriè dicti, n. 1

An, & quando conveniat hæc definitio Sacramento Eucharistiæ in Tabernaculo, n. 2.

Quid sit causare gratiam ex opere operate, n. 3.

An omne signum causans gratiam ex opere operato, sit Sacramentum. 4.

An apud Lutheranos & Calvinistas detur aliquod Sacramentum, 5.

An Sacramenta mortificata per obicem, reviviscant, n. 6

Quomodo singula Sacramenta conferant gratiam diversam, n. 12

Quæ

Quæ sit diversitas inter Sacramenta  
verum & mortuorum. n. 13

An Sacramenta solo numero distincta,  
adultis inæqualiter dispositis, confe-  
rant inæqualem gratiam. 14

Quæ similtas materiæ & formæ est ne-  
cessaria in administrandis Sacramen-  
tis. n. 15

Quomodo & quando Sacramenta cau-  
sent gratiam. n. 16

## TITVLVS II.

De Baptilmo & confirmatione

Materia remota Baptilmi.

An Saliva n. 17 an arena. n. 25

An acramentum. n. 22

Omnis & sola aqua naturalis fluida n. 7

Quæ sunt aquæ naturales 19.

Nullus humor ab aqua specie distinctus.

n. 20

Materia dubia n. 21

De Materia proxima Baptilmi.

An infans tinctus lavacro dubio, si mo-  
riatur, sepeliendus sit in loco sacro. n. 24

An aspersio aquâ facta sufficiat. n. 26

An immersio. ibid.

An projectio in flumen. n. 27.

an

An per fistulam in utero matris. n. 28.

An sufficiat contactus capillorum. n. 30

### De Forma Baptismi.

Præscribuntur variæ Baptismi. n. 31

### De Necessitate Baptismi.

An Cathecumenus post Martyrium superstes debeat Baptizari. n. 37

An possit Baptismus diu differri. 39

An aliquandò exponenda vita pro parvulo baptizando.

### De Ministro Baptismi.

An non Baptizatus possit validè baptizare. 14<sup>d</sup>

An Diaconus possit solemniter baptizare recusante Parocho. n. 42

An idem possit Subdiaconus. n. 43

An valeat Baptismus collatus à duobus, quorum unus lavat, alter profert verba. n. 44.

An, & quando rebaptizandus parvulus 45

An concedendum Chrisma baptismale obstetrici petenti pro expediendo partu. n. 48

Quid faciendum Confessario, cui obstetrix fatetur, se per 20. annos baptizâs. se periclitantes, sine, vel cum contraria intentione. n. 49

Qui



Quid si aliqui ex dictis essent jam sacer-  
dotes n. 50

An Parochus teneatur baptizare parvum  
tempore pestis, cum periculo pe-  
stis contrahendæ, n. 52

Eodem instanti labitur unus ex tecto  
& nascitur infans, ad quem eundem  
est D. Parocho, n. 53

Quid meretur Sacerdos, si infans abique  
baptismo moriatur, n. 54

An liceat Sacrificium interrumpere, ad  
baptizandum periclitantem, n. 55

Quid faciendum Parocho vocato ad  
puerperam, quando eam invenit  
functam, n. 56

Quid sentiendum de Baptismis confertis  
solitis post mortem parvulorum in Mi-  
recourt, Brauneck, & Bruntrut, 57

### De Baptismo Monstrorum.

Quid faciendum eum monstro habente  
duo capita, 58

Quandò Monstrum habet caput feri-  
num, an baptizandum 60.

Si Monstrum sit ex muliere & bestia na-  
tum, 61

An natus à parentibus veneficis debeat  
rebaptizari, 62

An baptizatus aquâ rosaceâ rebaptizan-  
dus, n. 63

An infans expositus baptizandus. 64

## De Cæremonijs Baptismi

Quando & quibus liceat baptizare extra  
Ecclesiam in domibus. n. 66

Quot Patrini adhibendi. n. 67

An fiat Patrinus assistens cæremonijs in  
Baptismo omissis. n. 69

Quid requiritur, ut patrinus contrahat  
Cognitionem spiritualem. n. 70

An idem possit esse Baptizans & Patrinus  
n. 72

An Confirmatus oleo infirmorum debeat  
iterum confirmari Chrismate. 74

## Titulus III.

De venerabili Sacramento Eucharistiæ  
& Missæ Sacrificio.

An non præstet omittere sacrum die do-  
minica, quàm adhibere hostiam sili-  
gineam. n. 75

An aliquando liceat consecrare panes  
fermentatos. n. 77

An in Missâ liceat in defectum hostiæ  
maioris, consecrare minorem. 78

An consecrentur particulæ positæ extra  
corporale tempore consecrationis. n. 79

An vinum ex aqua miraculosè productum  
sit consecrabile. n. 81

An liquor ex racemo expressus. n. 82

AD

- An vinum congelatum n. 83
- An vinum sine aqua. n. 84
- An liceat consecrare hostias allatas pot  
*Orate Fratres.* n. 85
- Quando hostia centerur sufficienter pra  
sens consecranti. n. 86
- An aliquando liceat consecrare unam  
speciem absque alia. n. 87
- Scrupulosi cuiusdam consecratio. n. 88
- An Corpus Christi & Sanguis sint real  
ter in hostia & calice consecrato 91
- Quid vi verborum. n. 91
- Quamdiu manet Christus in host 93
- An infirmus verè Christum manducavit,  
qui ob siccitatem oris non potuit ho  
stiam deglutire. n. 94
- At quid, si species semel sumptæ, iterum  
evomantur. n. 95
- An acatholici rectè sentiant de Sacrifi  
cio Missæ, quòd sit Idololatrium, &  
an derogat Sacrificio cruento Crucis 96
- An possit esse Sacrificium sine consecra  
tione utriusque speciei. n. 98
- An hostia sumenda sit à sacerdote, quan  
dò miraculosè convertitur in carnem,  
n. 99

De effectibus Sacramenti &  
Missæ.

An communicans sub utraque specie plus  
gratiæ accipiat. n. 101

Quando & quamdiu hoc Sacramentum  
causet suum effectum. n. 103

An Communio sit alijs communicabilis  
n. 104

An fructus specialissimus Sacerdoti debi-  
tus possit alijs applicari. 110

An applicare fructum Sacrificij sit Sacer-  
dotis celebrantis, an verò superioris III

An liceat viventi pro se facere legi Re-  
quem. n. 112

An prior intentio prævaleat posteriori,  
quando Sacerdos illius obliviscitur.  
n. 113.

An liceat sacerdoti fructus Sacrificij di-  
videre. n. 114.

An danti stipendium pro Missa applican-  
dus sit totus fructus. n. 115.

Plura sacra, quam legi possint, non sunt  
acceptanda. n. 117.

An Sacerdos possit retenta sibi parte sti-  
pendij, Missam alteri committere.  
n. 118.

Salarium pro Sacerdote scrupuloso. à n.  
119. Aa Tl

# TITULUS, IV.

## De Sacramento Pœnitentiæ.

An Possit dari absolutio absque Confessione prævia.

An audiendus pœnitens sine Examine prævio. n. 115

An debeat Confessionem priorem repetere qui oblitus fuit peccati mortalis. n. 127

An, & quando sufficiat ad Confessionem integritas formalis. à n. 128

## De Materia remota Sacramento Pœnitentiæ.

An, & qualiter absolvi possit pœnitens merè negativè confitendo, nulli iurascor, non contendo, &c. n. 144

An peccata semel confessa sint materia absolutionis. n. 145

An peccata dubia sint materia absolutionis. n. 147

De Materia proxima Sacramenti Pœnitentiæ, Confessione, dolore, proposito & necessitate confitendi. à n. 148

De Circumstantijs Confessionis aggravantibus, speciem mutantibus, & numero peccatorum, an & quomodo confitenda, à n. 175.

V. De Satisfactione Sacramenti Pœnitentiæ. à n. 180.

ntia. De Absolutione Sacramentali à n. 192.

Confessio. De Confessario seu Ministro Pœnitentiæ. à n. 206.

Exatrin. De Sigillo confessionis. à n. 225.

## TITVLVS. V.

n. 15. De Extrema Unctione. à n. 233.

## TITVLVS VI.

m repe. De Sacramento Ordinis. à n. 242.

## TITVLVS VII.

mortalis. De Sponsalibus. à n. 262.

## TITVLVS VIII.

n. 127. De Matrimonio. à n. 292.

ffionem. De Debito Matrimoniali. à n. 313.

n. 128. De impedimentis Matrimonij. à n. 319.

iment. Error. à n. 319.

œnitens. Conditio, à n. 321.

ulli ira. Votum. à n. 322.

n. 144. Cognatio carnalis. à n. 323.

materna. Crimen. à n. 326.

n. 145. cultus disparitas. à n. 327.

solutio. Vis & Metus, à n. 332.

n. 147. Ordo. à n. 335.

i Pœnit. Ligamen. n. 337.

propo. Publica honestas. n. 338.

à n. 148. A a 2 Ali-

s aggra. Ali-

s, & nu. Ali-

uomodo. Ali-

De. Ali-

|                              |         |
|------------------------------|---------|
| Affinitas.                   | n. 340. |
| Impotentia.                  | n. 345. |
| Raptus.                      | n. 349. |
| Absentia Parochi.            | n. 352. |
| De Denunciationibus.         | n. 360. |
| Benedictio Matrimonij.       | n. 390. |
| cognatio spiritualis.        | n. 379. |
| De Dispensatione Matrimonij. | n. 375. |
| De Matrimonio adulterino.    | n. 397. |
| De peccatis coniugum.        | n. 399. |

*Ex Materia de iustitia & Iure.*

**De Restitutione in Communi.**

|   |         |
|---|---------|
| An præceptum restituendi statim & pro<br>semper obliget.  | n. 402. |
| Quale sit discrimen inter obligatum ad<br>restituendum ex re accepta, & ex in-<br>justa acceptione. | n. 403. |
| An ad restitutionem faciendam requira-<br>tur culpa theologica.                                     | n. 404. |
| Quis obligetur ad restitutionem ex deli-<br>cto.  | n. 410. |
| An mandans revocando mandatum ante<br>executionem damni, teneatur ad<br>restitutionem.              | n. 412. |
| An item consulens.  | n. 413. |
| An & quando consentiens.  | n. 414. |
| An & quando Palpo.  | n. 415. |
| An etiam Recipiens malefactorem.  | n. 416. |

- 340 An item participans. n. 417.  
 341 An mutus, non obstans, non manifestans  
 349 n. 418.  
 352 Quid restituendum. n. 422.  
 360 Ubi restituendum. n. 448.  
 391 Cui restituendum. n. 452.  
 379 Quando restituendum. n. 458.  
 375 Quomodo restituendum. n. 465.  
 397 Quo ordine restituendum. n. 470.  
 399 Quando differenda restitutio. n. 477.  
 Quando omittenda restitutio. 480. 481.

### De scandalo dato.

- & pro  
 402 An scandalizans proximum teneatur ad  
 aliquam restitutionem. n. 483.  
 m ad  
 ex in-  
 403 An, & ad quid teneantur negantes Novi-  
 tio votum ad professionem. n. 496.

### De Suicidio.

- De Martyribus, qui se ipsos occiderunt.  
 404 n. 497.  
 deli-  
 410 An condemnatus ad mortem possit se ip-  
 sum occidere. n. 499.  
 ante  
 ur ad  
 412 An mandare alteri, ut se occidat. 450.  
 413 An liceat sibi optare mortem. n. 502.

### De homicidio proximi.

- 414 An aliquando liceat occidere Innoce-  
 415 tem. n. 507.  
 rem.  
 An iudex possit condemnare probatum  
 reum



reum, quem privata scientia scit esse in  
noxium. n. 510.

An peccet falsum sibi crimen imponens  
ob tormenta. n. 514.

An & quando teneatur Reus fateri ver-  
tatem. n. 515.

An Reus condemnatus ad mortem possit  
fugere. n. 516.

an & quando liceat provocato ad duel-  
lum comparere. n. 519.

an privato liceat occidere Tyrannum.  
n. 521.

an filio Patrem &c. aggredientem. 522.

An occisor punitus poena talionis teneat-  
ur ad aliquam restitutionem. n. 524.

### De Homicidiis casualibus.

Ad quid obligetur committens homici-  
dium casuale. n. 526.

De Clerico Medico chirurgo exercendo  
suam artem, & occidente. n. 532.

Adulter prævidens occisum iri adulte-  
ram. n. 536.

Clericus aggressus occidit aggressorem.  
n. 537.


Si ex percussione sequatur mors. n. 538.


Volens occidere feram, occidit homi-  
nem. n. 542.

De


De Restit : bonorum famæ &  
honoris.


- Infamans ex mera loquacitate, n. 545.  
alius consilij capiendi causa. n. 546.  
alius apud virum prudentem. n. 547.  
alius absque asseveratione. n. 548.  
alius bona fide. n. 549.  
alius secretum, sibi commissum revelans.  
n. 550.  
An sciens, alterum pro fera hominem  
occidisse, teneatur iudici fateri. 551.  
an detrahens de functo teneatur ad resti-  
tutionem. n. 556.  
an revelans crimen in uno loco publi-  
cum, in altero ubi est occultum 557.  
an infamator falsus teneatur dicere se  
falsum dixisse. n. 561.  
De eo qui negat crimen verum in iudicio  
per hoc infamando accusatorem, 563.  
ad quid teneatur curiosus audiens infamato-  
rem. n. 565.  
ad quid obligetur non impediens infamatorem  
n. 578.  
Si non possit fama restitui sine periculo vitæ.  
n. 569.  
an liceat uti compensatione in restitutione  
ma. n. 570.  
an infamatus teneatur remittere iniuriam. 571.











Sargar.

Th  
2267